Probatur quod suppositur. et primo proponit probationem. secundo excludit obiectiones quas ibi. Nihil autem differt gra. et c. Ad hoc ergo primo ratione ducente ad impossibile que talis est. Si non est verum quod supra dictum est: supponatur quod corporis infiniti sit gravitas finita. et sit corpus infinitum. a. b. gravitas autem eius finita sit. g. a corpore igitur infinito predicto auferatur aliqua pars eius finita: que est magnitudo. b. d. quae necesse est esse multo minorem toto corpore infinito. Ad minoris autem corporis minor est gravitas. sit ergo gravitas corporis b. d. quod est pars finita ablata a corpore infinito cuius gravitas est minor: sit sit gravitas. g. que est gravitas totius corporis infiniti. et sit ista minor gravitas. e. hec autem minor gravitas. f. e. mensuret maiorem gravitatem finitam que est. g. quotienscunq. i. finitum quocunq. numerum: puta finitum tria: ut. f. dicatur q. c. est tertia pars totius. g. accipitur autem a corpore infinito aliqua pars que superaddatur corpori finito. b. d. finitum proportionem qua. g. excedit. e. et hoc corpus excedens sit. b. 3. ita. f. sicut gravitas minor que est. e. se habet ad maiorem que est. g. Ita corpus. b. d. se habet ad. b. 3. et hoc fieri possit probatur quia a corpore infinito potest auferri quantumcunq. oportet. et eo quod sicut dicitur in. 3. philosophorum. infinitum est: cuius quantitate accipientibus: semper est aliquid extra accipere. His igitur presuppositis arguitur ducendo ad tria inconuenientia. primo quidem sic. Eadem est proportio magnitudinum grauium: que est ipsarum gravitatum. Unde minus enim q. minor gravitas est minoris magnitudinis. et maior maioris: sed que est proportio. e. ad. g. minoris sit. gravitatis ad maiorem: eadem est proportio. b. d. ad. b. 3. minoris. f. corporis ad maius: ut suppositum est. Unde igitur. e. sit gravitas corporis. b. d. sequitur q. g. sit gravitas corporis. b. 3. Supponebatur autem quod esset gravitas totius corporis infiniti. ergo equalis numero eadem erit gravitas corporis finiti et infiniti. quod est inconueniens quod sequeretur quod totum residuum corporis infiniti. nihil habeat gravitatis. ergo et primum est impossibile. f. quod corporis infiniti sit gravitas finita. Secundo ibi.

Adhuc at si maioris corporis: maior gravitas eius quod est. i. b. maior erit gravitas quare. 3. b. Quare finiti gravitas erit maior quam infiniti.

Ducit ad aliud inconueniens. quod enim a corpore infinito potest accipi quantumcunq. quis voluerit: ut dictum est: accipiat adhuc aliqua pars corporis infiniti que superaddatur corpori. b. 3. et sit unum corpus. b. infinitum maius corpore finito: quod est. b. 3. maioris autem corporis: maior est gravitas: ut supra dictum est. ergo gravitas corporis. b. l. est maior quam gravitas corporis. b. 3. s. primo supponebat quod. g. erat gravitas totius corporis infiniti. ergo gravitas corporis finiti erit maior quam gravitas corporis infiniti: quod est impossibile. ergo et primum. f. quod gravitas corporis infiniti sit finita. Tertio ibi.

Et inaequalium magnitudinum eadem gravitas erit. Inaequale enim finito infinito.

Ducit ad tertium inconueniens. f. quod inaequalium magnitudinum sit eadem gravitas: illud manifeste sequitur ex praemissis: quia infinitum est inaequale finito: cum sit maius eo. Unde cum haec sint impossibilia: impossibile est corporis infiniti esse gravitatem finitam. Et deinde cum dicitur.

Nihil autem differt gravitates commensuratas esse aut incommensuratas. et enim non commensuratis existentibus: eadem erit ratio puta si in tertio mensuras excedit. g. gravitatem. Ad magnitudinibus enim. b. d. tribus totis sumptis: maior erit gravitas quam que in quo. g. Quare idem erit impossibile.

Excludit duas obiectiones contra praemissam rationem. primo primam. Secundo secundam ibi. Haec utique magnitudinem et c. Prima autem obiectio est. quia suppositur in praecedenti ratione quod gravitas minor que est. e. mensuret finitum aliquem numerum gravitatem maiorem que est. g. quod quidem aliquis posset negare. non enim omne maius mensuratur a minori. quia linea trius palmarum non mensurat lineam octo palmarum: hanc autem obiectionem excludit philosophus dupliciter. primo quidem quia nihil differt ad propositum. utriusque praedictae gravitates. f. quod maior et minor sint commensurate: sic. f. quod minor maiorem mensuret: vel quod sint incommensurate: sic. f. quod minor maiorem non mensuret. eadem enim ratio sequitur utrobique. Necesse est enim quod minor aliquotiens sumptum: aut mensuret maius: aut excedat ipsum: sicut binarius: ter sumptus mensurat senarium. ter enim duo sunt. vi. quinarium autem non mensurat: sed excedit: sic igitur si gravitas. e. non mensuret gravitatem. g. sit ita quod ter sumpta mensuret quandam maiorem gravitatem. que excedit gravitatem. g. et ex his sumitur inconueniens sicut prius. quia si assumpserim ex corpore infinito tres magnitudines finitum quantitatem. b. d. magnitudinis ex his tribus compositae: erit tripla gravitas gravitatis. e. que ponitur esse gravitas corporis. b. d. gravitas autem tripla ad. e. est maior finitum praedicta: quam gravitas. g. que est gravitas corporis infiniti: quare sequitur idem impossibile quod prius. f. quod maior sit gravitas corporis finiti quam infiniti. Secundo ibi.

Adhuc autem etiam contingit commensuratas sumere. Nihil enim differt incipere. a. gravitate: aut a magnitudine: puta si sumatur commensurata gravitas ei quod est. g. ei. quod est. e. et ab infinito auferatur habens gravitatem in quo. puta. b. d. Deinde ut gravitas ad gravitatem. b. d. ad aliam fiat magnitudinem: puta ad. b. 3. Contingit enim infinita existente magnitudine quantumcunq. ablatum esse. His enim sumptis: commensurate erunt magnitudines et gravitates invicem.

Excludit eandem obiectionem modo: et dicit quod possumus sumere in demonstratione praedicta: quod due gravitates sint commensurate. ita. f. quod. e. commensuret. g. supra enim primo sumpta est magnitudinis pars. f. b. d. cuius gravitatem diximus esse. e. Et id dicit potuerat quod. e. non mensurat. g. nihil autem differt ad propositum utrum incipiamus a gravitate accipiendo partem eius quantumcunq. volumus aut a magnitudine sic sumpta: puta si incipiendo a gravitate sumat quaedam pars eius. f. e. quod mensuret totum. f. 3. et sequetur ab infinito corpore accipiamus aliquam partem. f. b. d. cuius gravitas sit. e. et deinde procedamus: ut supra. f. sicut se habet gravitas. e. ad gravitatem. g. ita se habeat magnitudo. b. d. ad aliam magnitudinem maiorem:

L5.  
48.L6.  
49.

que est. b. 3. et hoc ideo quod ex quo magnitudo totius corporis est infinita contingit auferri ex ea quicquid placuerit. hoc igitur modo sumptis partibus gravitatis et magnitudinis: sequitur quod magnitudines et gravitates erunt in vicem commensuratae. ita. scilicet quod maior gravitas mensurabit maiorem et similiter minor magnitudo maiorem. Et deinde cum dicit.

50.

**N**ec utique magnitudinem omnimodam esse aut anomomera nihil differret ad demonstrationem. Semper enim erit sumere equaliter gravia corpora ei quod est. b. d. ab infinito quantumcumque aut auferentes aut apponentes. Quia propter manifestum ex dictis quod non erit infiniti corporis finita gravitas. Infinita igitur si igitur hoc impossibile et infinitum aliquid esse corpus impossibile.

**E**xcludit secundam objectionem: supponerat. n. esse magnitudines proportionales gravitatibus. quod quidem necesse est in corpore similium partium. cum enim sit videlicet partium similis gravitatis. necesse est quod in maiori parte sit maior gravitas. sed in corpore dissimilium partium hoc non est necesse. quod potest esse quod gravitas minoris partis excedat gravitatem maioris. sicut minor pars terre est gravior maiori parte aque. Hanc ergo objectionem excludit dicens quod nihil differt ad demonstrationes premissas virum magnitudo infinita: de qua loquimur quantum ad gravitates sit omnimoda vel homogenia. id est similium partium vel eiberosgenia. id est dissimilium partium. quod a corpore infinito possimus sumere quantumcumque voluerimus. vel apponendo. vel subtrahendo. Ita quod accipiamus aliquas partes habere equalem gravitatem parti primo sumptae. scilicet b. d. siue ille partes posterius assumptae sint maiores in magnitudine: siue minores. Si ergo primo acciperemus quod b. d. sit tricybitum: his gravitates. e. et accipiamus aliam multas partes: puta decem cubitorum habentes equalem gravitatem. idem erit ac si sumeretur alia pars equalis: habens equalem gravitatem. sic igitur sequitur idem inconueniens. Premissa igitur demonstratione: et exclusis objectionibus: concludit ex dictis quod infiniti corporis non potest esse finita gravitas. Relinquitur ergo quod sit infinita. Si ergo impossibile est esse gravitatem infinitam: ut statim probabit: consequens est quod impossibile sit esse aliquid corpus infinitum. Et deinde cum dicit.

51.

**S**ed adhuc quoniam infinita esse gravitates impossibile ex his manifestum.

**O**stendit quod supponerat. scilicet quod non possit esse gravitas infinita: et in hoc destruit consequens premissae conditionis. Circa hoc autem duo facit. primo propositum quod intendit. et dicit quod adhuc ostendit manifestare ex his quod subsequitur quod impossibile sit gravitatem infinitam esse. Et secundo ibi.

**S**i enim tanta gravitas tanta in hoc tempore mouet tantum et adhuc in minori.

**P**robat propositum: et primo premitit quaedam suppositiones. secundo ex his arguit ad propositum ibi. (Necesse est ex his etc.) tertio excludit quaedam objectiones ibi. (Necesse si esset etc.) ponit autem primo tres suppositiones: quarum prima est. quod si gravitas tanta. id est alicuius determinate mensure. mouet tantum. id est per determinatam magnitudinem spacii. in hoc tempore. scilicet determinato: necesse est. quod tanta et adhuc. id est quod gravitas maior que habet tantam quantum in minor. et adhuc amplius. moueat per tantam magnitudinem spacii in minori tempore. quod quanto virtus motiva est fortior. tanto motus eius est velocior. et ita per transitum equale spacium in minori tempore ut probatum est in. vi. philosophiae secundae. Et secundam suppositionem ponit ibi.

Rec. 3.

**E**t analogiam quam grauitate habent tempora conuerso habebunt: puta si media gravitas in hoc du-

plum in medietate eius.

**E**t hec sequitur ex prima. si enim maior gravitas mouet in minori tempore: consequens est quod eadem analogia. id est proportio gravitatum et temporum conuerso. ita. scilicet quod si media gravitas mouet in tanto tempore. duplum gravitatis mouet in medietate eius scilicet temporis. Et tertiam suppositionem ponit ibi.

52.

**A**dhuc finita gravitas omnem finitam mouet in quodam tempore finito.

**E**t dicit quod finita gravitas mouet per finitam magnitudinem spacii in quodam tempore finito. Et deinde cum dicit.

**N**ecesse igitur ex his si qua est infinita gravitas moueri quidem secundum tantum quantum finita: et adhuc non moueri quidem: eo quod proportionabiliter oportet secundum excellentias moueri. Contrarie autem maiori in minori: proportio autem nulla est infiniti ad finitum. Ad maiorem autem temporis ad maius finitum sed semper in minori. Ad minus autem non est.

**A**rguit ex premissis. si enim sit gravitas infinita. sequentur duo contradictoria. scilicet quod aliquid moueatur secundum eam. et quod non moueat. Quod moueatur quidem sequitur ex prima suppositione. quod si tanta gravitas mouet in tanto tempore: maior mouebit velocius. scilicet in minori tempore. quod ergo infinita gravitas est maior quam finita: si finita mouet secundum determinatum tempus per determinatum spacium. ut tertia suppositio dicebat: consequens est quod infinita moueat tantum et adhuc amplius. id est vel per maius spacium in equali tempore. vel per equale spacium in minori tempore. quod est velocius moueri. Sed quod aliquid non moueat secundum infinitam gravitatem sequitur ex secunda suppositione. oportet enim proportionabiliter aliquid moueri secundum excellentias. scilicet quod maior gravitas moueat in minori tempore. nulla autem proportio potest esse infinite gravitatis ad finitam minoris aut temporis ad maius: dummodo sit finitum: est aliquid proportio. sic igitur non erit aliquid tempus dare in quo infinita gravitas moueat: sed semper erit accipere aliquid moueri in minori tempore quam sit tempus in quo moueat gravitas infinita. cum non moueat ita quod possit dici: quod non possit aliquid moueri in minori tempore. Id autem non est minimum tempus accipere: quod cum omne tempus sit diuisibile. sicut et quodlibet continuum quolibet tempore est accipere aliquid minus partem. scilicet temporis diuisi. Sic igitur non potest esse gravitas infinita. Et deinde cum dicit.

53.

**N**ecesse si esset. que utilitas utique esset. Alia. n. contra finita sumeretur in eadem proportione in qua infinita ad alteram maiorem. Itaque in equali tempore equalem utique moueret infinita finitae: sed impossibile.

**E**xcludit quaedam objectionem: posset enim aliquis dicere aliquid esse minimum tempus. scilicet indiuisibile in quo mouet gravitas infinita. sicut et quidam posuerunt aliquas magnitudines esse minimas: et indiuisibiles. Sed hanc obuiationem excludit. et primo dicit quod inconueniens se sequitur si ponatur minimum tempus. et quod in hoc infinita gravitas moueret. secundo ostendit idem inconueniens sequi quolibet tempore etiam non minimo in quo infinita gravitas moueat ibi. (Sed adhuc necesse est etc.) dicit ergo primo quod etiam si esset tempus minimum: nulla utilitas ex hoc esset ponenti gravitatem infinitam. ad vitandum inconueniens: quibus enim ponamus minimum tempus: non tamen excludimus quin sit aliqua proportio huius minimi temporis ad tempus maius: eo quod hoc tempus minimum erit pars maioris temporis sic unitas est pars numeri vbi est aliquid proportio eius ad omnem numerum. Illud autem indiuisibile non habet



habet proportionem ad diuisibile quod non est pars eius sicut punctus non est pars linee. et ideo non est aliqui proportio puncti ad lineam accipiat ergo alia grauitas finita e contrario tanto maior grauitate finita: que mouebat in maiori tempore. Quod grauitas infinita in qua proportio temporis minimum grauitatis infinite se habet ad tempus maius alterius grauitatis finite. puta sit grauitas infinita. e. tempus minimum in quo mouet. b. grauitas aut finita. g. que mouet in maiori tempore quod b. scilicet in tempore. d. accipiat ergo alia grauitas tanto maior quod g. in qua proportio. d. excedit. b. et sic hec grauitas. f. sic ergo comparatio temporis sit secundum additionem grauitatis. legatur quod grauitas. f. que est finita moueat in eodem tempore cum grauitate infinita: quod est impossibile. Est autem attendendum quod sicut non est proportio puncti ad lineam ita etiam non est proportio instantis ad tempus quia instantans non est pars temporis. sic solum ista ratio tolleret si quis poneret quod grauitas infinita moueret in instanti quod est impossibile. ut probatum est in. vi. philosophorum. s. quod aliquis motus sit in instanti. Deinde cum dicitur.

**Sed** adhuc necesse liquidez in qualicunq; tempore finito mouet infinita: et aliam in ipso finitam grauitatem mouere quandam finitam.

**Impossibile** igitur infinitam esse grauitatem. Similiter autem et leuitatem et corpora: ergo infinitam grauitatem habendam et leuitatem impossibile.

**Ostendit** quod illud inconueniens sequitur in quocunq; tempore ponamus grauitatem infinitam mouere: etiam in tempore non minimo: et hoc est quod dicitur: quod si in qualicunq; tempore finito: etiam non minimo grauitas infinita moueret adhuc necesse est quod in ipso tempore aliqua grauitas finita moueat per finitum spacium. quod erit accipere excessum grauitatis secundum diminutionem temporis ut predictum est. sic igitur patet quod impossibile est esse grauitatem infinitam. et eadem ratio est de leuitate. s. quod impossibile est esse leuitatem infinitam.

**Quod** quidem igitur non est infinitum corpus palam per ea que secundum partem speculantibus hoc modo.

Lectio. xiiij.



**Ostendit** ostendit de singulis corporibus naturalibus: quod nullum eorum sit infinitum. hic ostendit communem rationem quod nullum corpus naturale sit infinitum. probatio. n. que est per medium commune perfectionem scientiam causat.

**Circa** hoc ergo duo facit. primo dicit de quo est intentio secundo ostendit propositum ibi. (Necesse itaque corpus omne etc.) Circa primum tria facit. primo ostendit epilogando. quod prius est dictum dicens: quod predicto modo considerantibus: manifestum est quod non est corpus infinitum per ea que sunt secundum partem. i. secundum proprias rationes singularium partium vniuersi. s. corporis quod mouet circulariter: et quod mouetur sursum aut deorsum. C. Secundo ibi.

**Et** vniuersaliter intendentibus: non solum secundum rationes eas: que in dictis nobis circa principia. Determinatum est enim et ibi vniuersaliter prius de infinito quomodo est: et quomodo non est: sed nunc et alio modo.

**Ostendit** quid immediate restat dicendum. et dicit quod idem potest esse manifestum si aliquis intendat vniuersaliter id est per medium commune. et hoc non est solum secundum illas rationes communes que posite sunt in lib. philosophorum ubi determinatum est de principiis communibus corporum naturalium. In tertio enim philosophorum determinatur vniuersaliter de infinito quomodo sit. et quomodo non sit. ostensum est ibi quod infinitum est in potentia. sed non in actu. Nunc autem determinandum est alio modo de infinito ostendit

do. s. vniuersaliter quod nullum corpus sensibile potest esse infinitum in actu. C. Tertio ibi.

**Post** hec autem intendendum vtriusque si non infinitum quidem corpus quod omne. Sed tamen adhuc tantum quidem ut possint esse plures celi. Forte enim utique quis hoc dubitabit: quoniam quemadmodum qui circa nos mundus constitutus est: nihil prohibet et alios esse plures quidem vno: non tamen infinitos. C. Primum autem dicamus vniuersaliter de infinito.

**Ostendit** quid sit determinandum immediate post ista. et dicit. quod postquam ostendimus hoc quod dictum est intentio nostra erit inquirere supposito quod totum corpus vniuersi si non sit infinitum. vtrum tamen totum corpus sit tante quantitatatis: quod possint ex eo esse plures celi. i. plures mundi. forte enim posset de hoc aliquis dubitare: an sit possibile. quod sicut iste mundus est constitutus circa nos: ita sint alij mundi plures vno. non tamen infiniti. Sed antequam hoc pertractemus: dicemus naturaliter de infinito: ostendendo. s. communibus rationibus quod nullum corpus sit infinitum. C. Deinde cum dicit.

**Necesse** itaque corpus omne: aut infinitum esse aut finitum: et si infinitum: aut anomionerum totum aut omionerum: et utique si anomionerum: aut ex finitis speciebus: aut ex infinitis.

**Ostendit** propositum. et primo per rationes naturales demonstratiuas. secundo per rationes logicas ibi. (Rationabiliter etc.) dico autem rationes demonstratiuas et naturales: que sumuntur ex propriis principiis scientie naturalis: cuius consideratio consistit circa motum. et actionem et passionem: que in motu consistunt ut dicitur in tertio philosophorum. primo ergo ostendit nullum corpus esse infinitum ex parte motus localis: qui est primus: et communis motuum. secundo naturaliter ex parte actionis et passionis ibi. (Quod autem omnino impossibile etc.) Circa primum duo facit. primo premitit quoddam diuisiones. secundo persequitur singula membra ibi. (Quod quidem igitur etc.) premitit ergo primo tres diuisiones: quarum prima est quod necesse est omne corpus aut esse finitum aut infinitum. et si quidem sit finitum: habemus propositum. si autem sit infinitum: restat secunda diuisio. s. quod aut sit totum anomionerum siue homegeneum: id est dissimilium partibus. sicut corpus animalis quod componitur ex caribus ossibus et nervis: aut est omionerum siue homogeneum. i. similitum partibus sicut aqua cuius quelibet pars est aqua. Si ergo sit totum dissimilium partium: restat tertia diuisio. vtrum. s. spes partium talis corporis sint finite numero. aut infinite. Si ergo probaretur quod non sunt infinite: neque iterum sunt infinite et quod iterum nullum corpus similitum partium sit infinitum. probatum est quod nullum corpus vniuersaliter est infinitum. C. Deinde cum dicit.

**Quod** quidem igitur non possibile est ex infinitis manifestum: si quis nobis sinat manere primas hypotheses. finitis. n. primis motibus entibus necesse et species simplicium corporum esse finitas: simplex quidem enim qui simplicis corporis motus. Simples autem finiti motus sunt. Necesse autem semper motum habere omne corpus physicum.

**Probat** singula predictorum. et circa hoc tria facit. primo ostendit quod non est possibile corporis dissimilium partium esse infinitas species partium eius. secundo ostendit quod non est possibile esse corpus infinitum dissimilium partium. ita quod spes partium sint finite ibi. (Sed tamen siquidem etc.)

Tertio ostendit qd corpus infinitum non potest esse similitudine partium ibi. Sed adhuc neque totum re. Pro ergo ostendit qd non est possibile aliqd corpus infinitum esse si qd permittat manere in sua veritate primas hypothesas. i. suppositiones prius factas. s. qd sunt sole tres spes motuum simplicium. Si. n. primi motus. s. simplices sunt finiti: necesse est qd spes corporum simplicium sunt finiti. et hoc ideo: qd motus ipsius corporum simplicium est simplex: ut supra habitum est: dictum est autem supra qd simplices motus sunt finiti. sunt. n. tres. s. motus qui est ad medium: et motus qui est a medio: et motus qui est circa medium. Iam autem ostendit qd si motus simplicium sunt finiti qd corpora simplicia sunt finita: qd necesse est qd omne corpus naturale habeat proprium motum. si autem essent infinitae spes corporum: motibus existentibus finitis: oporteret esse aliquas species corporum que non haberent motus: quod est impossibile. sic igitur ex hoc qd motus simplices sunt finiti. sufficienter probatur: qd species corporum simplicium sunt finite. oia. n. corpora mixta componuntur ex simplicibus. Unde si esset aliquod totum dissimilium partium quod componeret ex quocumque speciebus corporum mixtorum: tamen oporteret qd spes primorum componendum sunt finite. Quis etiam hoc non videat possibile qd finitorum elementorum: diversificent commixtionem in infinitum nec tamen aliqd corpus mixtum potest dici omnium similitudine partium: qd si partes eius quantitativae sunt similes specie: sicut quilibet pars lapidis est lapis. partes tamen elementales eiusdem sunt diverse secundum speciem: componit enim substantia corporum mixti ex corporibus simplicibus. Et deinde cum dicit.

**Sed tamen siquidem ex finitis erit infinitum necesse est partium vnamquamque esse infinita. Dico autem puta aqua aut ignem: sed impossibile. Ostensum est enim: quoniam neque gravitas: neque leuitas est infinita.**

Ostendit qd non est possibile esse corpus infinitum dissimilium partium. ita qd species partium sunt finite. et ad hoc inducit quatuor rationes. quarum prima est qd si corpus dissimilium partium infinitum existens ex partibus finitis specie componeret: oporteret qd quilibet partium esset infinita secundum magnitudinem. puta si aliquod corpus mixtum esset infinitum. elementis existentibus finitis: oporteret aerem esse infinitum aut aqua aut ignem. Sed hoc est impossibile. qd cum quodlibet eorum sit graue vel leue: sequetur secundum premissa: qd gravitas eius vel leuitas esset infinita. ostensum est autem qd nulla gravitas vel leuitas potest esse infinita. ergo non est possibile qd corpus infinitum dissimilium partium componatur ex finitis speciebus partium. potest autem aliquis obijcere qd non sequitur hac ratione facta qd vnaqueque partium sit infinita. esset. n. possibile totum esse infinitum: vna parte existente infinita secundum magnitudinem: et alijs existentibus finitis. Sed hoc reprobatur est in tertio philosophi corporum. si. n. vna pars esset infinita consumeret alias partes finitas propter excessum virtutis. potest tamen dici qd et hoc posito sequitur idem inconueniens. s. qd sit gravitas vel leuitas infinita. et id de hoc Aristoteles non curauit. Sed ad rationem ponit ibi.

**Adhuc necessarium infinita magnitudine esse etiam loca ipsarum. Quare et motus infinitos esse omnium. Hoc autem impossibile: si ponamus veras esse primas hypothesas: et neque quod deorsum fertur in infinitum contingere ferri: neque quod sursum fertur secundum eandem rationem. Impossibile. n. fieri quod non contingit factum esse: similiter in tali et tanto et vbi. Dico autem si impossibile est factum esse albu aut cubitale: aut in egypto: et fieri aliquid horum impossibile. Im-**

possibile igitur et ferri illuc vbi nullus quod fertur possibile peruenire.

**Si. n. partes totius infiniti sunt infinite secundum magnitudinem. ostendit qd loca eorum sunt infinita secundum magnitudinem: qd loca esse equalia locatis: sed motus mensurat secundum magnitudinem loci in quem transit ut patet in. vi. philosophi corporum. ergo sequitur qd motus omnium partium horum sunt infiniti. sed hoc est impossibile si sunt vera ea que supra supposuimus. s. qd non veniat aliqd moueri deorsum in infinitum: neque etiam sursum quia deorsum est determinatum cum sit medium: et eadem ratione sursum est determinatum. Si. n. vnum contrariorum est determinatum: et aliud. Et hoc etiam hic ostendit qd id quod est contra omnibus motibus. videmus. n. in transmutatione que est secundum subiectum impossibile est id fieri quod non potest esse factum. sicut non potest fieri a finis rationalis. qd impossibile est a finem esse tale: et sic est in tali. s. in motu que est secundum locum. Si. n. impossibile est qd aliquid quod nigrum sit factum albu: sic corpus impossibile est qd fiat albu. Et si aliquid impossibile est qd sit formica: impossibile est qd ad hoc moueat. et si impossibile est qd aliquid sit in egypto: puta danubius. impossibile est qd ad id moueat. Et huius ratio est. qd nam nihil facit frustra. esset autem frustra si moueret ad id ad quod est impossibile peruenire. sic igitur impossibile est qd aliquid moueat localiter ad illud ad quod non potest peruenire. Hoc est autem transitum locum infinitum. Si igitur loca essent infinita: nullus esset motus: quod cum sit impossibile. non potest esse qd partes corporum infiniti dissimilium partium: sunt infinite in magnitudine. Et tertiam rationem ponit ibi.**

**Adhuc si et discreta sunt: nihil minus continget utique ex omnibus ignem infinitum esse.**

Ostendit. n. alijs dicere qd non est vnum primum infinitum sunt quae partes discrete. i. distincte: et non continue infinite: sic demodum posuit infinita corpora diuisibilia. et sic anaxagoras posuit infinitas partes similes: s. ipse dicit qd ex hac parte nihil minus sequitur inconueniens. qd si sunt infinite partes ignis non continue: nihil prohibet illas omnes coniungi. et sic fieri ex oibus vnum ignem infinitum. Et quartam rationem ponit ibi.

**Sed corpus erit vndique distensiones habens.**

**Ista quoque quomodo possibile est plura quidem dissimilia: vnumquodque autem eorum infinitum esse: vndique enim vnumquodque oportet infinitum esse.**

Cum enim aliquid dicitur esse infinitum: oportet qd infinitum accipiatur secundum propriam eius rationem. puta si dicamus lineam esse infinitam intelligemus qd sit infinita secundum longitudinem. superficies secundum longitudinem et latitudinem. Corpus autem secundum longitudinem latitudinem et profunditatem. Corpus enim distendit ad omnem partem. qd huius omnes dimensiones. ut supra dictum est. Et sic si corpus dicatur infinitum: ostendit qd sit infinitum ad omnem partem. et ita ex nulla parte erit aliqd extra ipsum. Non ergo est possibile qd in corpore infinito sint plura dissimilia: quorum vnumquodque sit infinitum: qd non est possibile esse plura infinita secundum predicta. Et deinde cum dicit.

**Sed adhuc neque totum omnium continet infinitum esse. Primum quidem enim non est aliud preter istos motus. Debit igitur vnus horum: si autem hoc acciderit aut gravitatem in finitam aut leuitatem esse infinitam. Sed adhuc non possibile corpus quod circumsertur. Impossibile enim infinitum circumserrum. Nihil enim differt hoc dicere qd celum dicere infinitum esse. Hoc autem ostensum est qd non est possibile.**

**Sed adhuc neque oino infinitum contingit moueri: aut enim secundum naturam mouebit: aut violentia: et siquidem violentia: est ipsi et qui secundum naturam**

Sec. 7.  
L6.  
58.

Sec. 9.

L6.  
59.

L6.  
60.

L6.  
61.

L6.  
62.

**Q**uare et locus alius equalis in que fert: hoc autem impossibile.

**O**stendit qd corpus infinitum non potest esse similitum partium: et hoc duobus rationib<sup>9</sup>. quarum prima est qd cuiuslibet corporis naturalis oportet esse aliquem motum localem: non est aut alius mot<sup>9</sup> preter istos qui supra dicti sunt. quorum. s. vnus est circa medium. ali<sup>9</sup> a medio et tertius ad medium: sequitur ergo qd habeat vnus istorum motuum: sed hoc est impossibile: qd si moueatur sursum vel deorsum: erit graue vel leue: et ita accidet gravitatem et leuitatem esse infinitam: quod est impossibile s<sup>m</sup> premissa supra: et non est possibile qd moueatur circulariter: qd est impossibile in infinitum: quod est impossibile: qd si dicatur celum infinitum: quod est impossibile. vt supra ostensum est. non ergo contingit totum corpus infinitum esse omogeneum. **S**ecunda rone potest ibi. (Sed adhuc neqz omnino etc.) que sequit<sup>r</sup> ex coi ratione motus localis. si eni sit corpus similitum partium infinitum: sequitur qd nullo modo possit moueri. qd si moueretur aut mouebitur s<sup>m</sup> naturam aut s<sup>m</sup> violentiam. Si aut sit ei aliquis motus violentus. sequitur qd etiam sit ei aliquis motus naturalis. qd motus violentus contrariatur motui naturali vt supra habitum est. Si autem aliquis sit ei motus naturalis. sequit<sup>r</sup> qd sit etiam aliquis locus equalis sibi. in quem naturaliter fertur. qd motus naturalis est eius quod fertur in proprium locum. hoc aut est impossibile: qd sequer<sup>r</sup> qd sint duo corporalia loca infinita. quod est eque impossibile sicut qd corpus infinitum moueatur. Si ergo omne corpus naturale mouetur: sequitur qd nullum corpus naturale sit infinitum. Est tamen attendendum qd hec ratio non procedit nisi de motu recto. Nam id quod mouetur circulariter non mutat totum locum subiecto. sed soluz ratione vt probatur in philosophorum. sed qd corpus infinitum non possit moueri circulariter supra multipliciter est ostensum.

**Q**uod autem omnino impossibile infinitum a finito pati aliquid: aut facere finitum: ex his manifestum. Sit enim finitum in quo. a. finitum autem in quo. b. **T**ps aut in quo mouit aliqd aut motu e. g. Si itaqz ab. a. calefactu est: aut latu e: aut aliud aliqd passum e: aut et quodcuqz motu e in tempore in quo. g. Sit. d. eo qd e. b. min<sup>9</sup> et minus inequali tpe minus moueat. Sit aut quod in quo. e. ab eo quod. d. alteratuz. Quod itaqz est. d. ad. b. e. erit ad finitum aliqd puta. f. **S**it itaqz equale quidem inequali tempore: eque alterans: minus aut inequali minus. Maius aut tatum aut quantum analoguz erit quodcuqz maius ad minus. **N**on igitur infinitum a nullo finito mouebitur in nullo tempore. **M**inus eni aliud in equali a minori mouebitur: ad quod quidem analogum finitum erit. **I**n finitum enim ad finitum in nulla proportioe est. **Lec. xiiij.**

**O**stendit philosophus ostendit qd non est infinitum corpus ratione accepta ex parte motus localis. hic ostendit idem coniori rone. que. f. accipitur a motu in coi siue ex actione vel passione que cocomitantur omne motum. Et circa hoc tria facit. primo proponit qd intendit. 2. pbat propositum ibi. (Sit eni infinitum etc.) 3. recludit quandaz obiectiones ibi. (Sed t<sup>9</sup> et qnqz etc.) Dicit ergo p<sup>9</sup> qd ex his que sequit<sup>r</sup> manifestum est qd corpus infinitum non solu non pot moueri localiter.

sed qd vniuersaliter non potest aut pati aut agere aliquid in corpus finitum. Deinde cu dicit (Sit eni infinitum etc.) probat nullum corpus sensibile esse infinitum tali rone. Nullum corpus infinitum hz virtutem actiuam aut passiuam aut vtranqz: sed omne corpus sensibile habet vtrum actiuam aut passiuam. aut vtranqz. ergo nullum corpus sensibile est infinitum. Circa hoc ergo duo facit. primo pbat maiore. 2. pbat minore. et pclusionem ibi. (Si igit o<sup>9</sup> corp<sup>9</sup> etc.) Circa primum duo facit. p<sup>9</sup>o pponit qd intendit. et dicit manifestum esse ex his que dicent<sup>r</sup> qd non solum impossibile est infinitum moueri localiter. sed vniuersaliter est impossibile infinitum pati aliquid. vel etia agere in aliquo corpore finitum. Secundo ibi. (Sit. n. infinitum etc.) probat propositum et primo ostendit qd infinitum non patit a finito. 2. ostendit qd finitum non patit ab infinito ibi. (Neqz vtiqz infinitum etc.) dicit ergo primo qd si corp<sup>9</sup> infinitum patitur a finito: sit corpus infinitum in quo est. a. corp<sup>9</sup> aut finitum in quo est. b. et qd omnis motus est in tempore. sit tps g. in quo mouit a. aut a. motu est. Si ergo ponam<sup>9</sup> qd a. quod est corpus infinitum a. b. quod est corp<sup>9</sup> finitum sit alteratum. puta calefactu. aut latu idest motum s<sup>m</sup> locum: aut aliquid passum: puta infrigidatum aut humectatu: aut quocunqz modo motu i tepore g. accipiamus vnam partem b. mouentis. que sit d. et nihil refert ad propositum si. d. esset quoddam aliud corpus minus qd b. manifestum est qd minus corpus mouet minus mobile in equali tempore. hoc tamen supposito qd in minori corpore sit minor virtus. quod oportet esse. si sit corpus similitum partium. minor autem virtus in equali tempore mouet minus mobile. sit ergo corpus. c. quod alterat aut qualitercuqz mouetur a. d. in tempore. g. ita qd intelligamus corpus. e. esse partem totius infiniti quod e a. sed qd ta. d. qz. b. est finitum. et quocunqz duoz finitorum corporum. est aliqua proportio adinuicem. s<sup>3</sup> illa proportionem quam habet. d. ad. b. accipiamus proportionem corporis. e. ad quodcuqz corpus maius finituz. puta qd sit. f. hac igitur positione facta ponit qualdam suppositiones: quarum prima est qd alterans equale in magnitudine et virtute. in equali tempore alterat equale corpus. Secda est qd minus corpus alterans in equali tpe alterabit minus. ita. f. qd tantum erit corp<sup>9</sup> motu min<sup>9</sup> altero corpe moto: q<sup>9</sup>tu erit analogum quodcuqz maius. g. ad minus. idest q<sup>9</sup>ta est pportio excessus maioris corporis mouentis ad minus. Ex premissis igitur concludit qd infinitum a nullo finito potest moueri s<sup>m</sup> quodcuqz tempus. qd aliqd minus qz infinitum mouebitur in equali tepore ab illo minori qz sit corpus mouens infinitum. s. e. quod est minus qz. a. mouebitur a. d. quod e minus qz b. s<sup>m</sup> premissa. Id aut quod est analogum ad. e. i. in eadem proportione se habens ad. e. sicut. b. ad. d. est quoddam finitum: non. n. potest dici qd ipm infinituz quod e. a. se habeat ad e. sicut b. se habet ad d. qz infinitum ad finitum nullam proportionem habet. supposito aut qd aliquo finituz se habeat ad. d. sicut. b. ad. d. erit comutatim dicere. qd sicut. d. se habet ad. e. ita. b. se habet ad illud finitum. Sed. d. mouet. e. in tpe. g. ergo. b. mouet finituz in tpe. g. sed in hoc tpe positu est. b. mouere. a. ergo finituz in tpe eode. mouebit finitum et infinitum. Deinde cu dicit.


**S**ed adhuc neqz infinitum in nullo tepore mouebit finitum. Sit enim in quo. a. infinitum. b. vo finitum tempus in quo. g. Igitur. d. in. g. min<sup>9</sup> eo qd est b. mouebit: sit 3. Quod itaqz est b. et 3. tum ad 3. e. sit habens eandem proportionem ad d. mouebit igitur e. b. 3. in. g. Infinituz igitur et finitum in equali tempore alterabunt: sed impossibile. In minori enim qd minus supponebatur:

ca. 7  
Lec. 11.  
L5.  
63.  
L5.  
66.

L5.  
65.

sed semper sumptum tempus idēz faciet. Quia re non erit tempus: neqz vnuz in quo mouebit.

**P**robat qd infinitum corpus nō mouet corpus finitū in aliquo tempore. 7 primo ostendit qd non mouet in tēpore finito. secūdo qd nō mouet in tpe infinito sibi. (Sed adhuc infinito 7c.) dicit igitur primo qd neqz etiam corpus infinitū mouebit corpus finitū in nullo tpe scz dēterminato. Si enī datur p̄trariū sit corpus infinitū in quo ē a. corpus vō finitū qd ab eo mouet. sit. b. vt. b. 3. tēpus aut in quo mouet. sit g. d. aut sit quedā pars finita corporis infiniti quod est a. Et qz minus in equali tpe minus moueat min⁹ corp⁹ eo quod est b. 7 sit id minus. 3. qd est pars eius: qz igitur totum b. 3. habet aliquā proportionē a. 3. accipiatur qd sicut totū b. 3. se hz ad 3. ita e. se habet ad d. quoz vterqz est pars finiti. ergo cōmutatim que est proportio d. ad 3. eadē est p̄portio e. ad. b. 3. sed d. mouet 3. in. g. tpe. ergo si in hoc tpe b. 3. mouebat ab a. corpe infinito: sequit qd infinitū 7 finitū moueat in eodem tpe vnū 7 idē mobile. sic igitur impossibile ē qd finitū moueatur ab infinito i tpe g. Et idē sequitur. quodcūqz aliud tps finitum sumatur. nullū ergo tps finitū est dare in quo infinitum moueat finitū. Deinde cum dicit.



**S**ed adhuc in infinito tempore non est mouisse: neqz motum esse: finem enim nō habet. Factio autem 7 passio habent.

**O**stendit qd neqz hoc potest esse in tempore infinito. nō enim contingit qd in tēpore infinito aliquid mouerit vt motum sit. qz tempus infinitum non hz finem: ois aut actio vel passio habet finem. nihil enim agit vel patitur nisi vt perueniat ad aliquem finem. Relinquit igitur qd infinitū nō moueat finitū in tpe infinito. Deide cū dicit.

L5. 66.

**N**eqz infinitum vtiqz ab infinito contingit nihil pati: sit enim a. infinitum 7 b. Tempus aut in quo passum ē b. ab. a. in quo. g. d. Quod aut in quo e. infiniti pars: qz totū b. passum est nō in equali tempore hoc ipsū mouetur. Supponatur enim in minori tēpore moueri min⁹. Sit enim motum ab a. in d. Quod itaqz d. ad g. d. est ad aliquid eius quod ē b. finitum hoc igitur necesse ab a. motum esse in g. d. tempore: ab eodem enī supponatur in pluri 7 minori tempore maius 7 minus pati q̄cūqz proportionabiliter tempore diuisua sūt. **I**n nullo igitur tempore finito possibile infinitum ab infinito motū eē in infinito igitur. Sed infinitum tempus nō habet finem. Quod autē motum esse habet.

L5. 67.

**P**robat qd infinitum non moueat infinitum. 7 dicit qd infinitum non cōtingit aliquid pati ab infinito s̄m quācūqz speciem motus. Alioquin sit corp⁹ infinitū agēs in quo est a. 7 corpus infinitum patiens in quo est b. tēpus aut in quo b. passum est ab a. sit d. g. sit aut e. pars infiniti mobilis: quod est b. qz ergo totū b. passus est ab a. in toto tēpore quod est d. g. manifestum est qd e. quod est pars eius: non mouetur in toto hoc tpe. oportet enī supponere qd ab eodem mouente minus mobile mouea-

tur in minori tempore. q̄sto enī mobile magis vincitur a mouente: tanto velocius mouet ab ipso. sit ergo qd e. quod est minus q̄z b. moueatur ab a. i tpe d. quod ē p̄ totū tps. g. d. aut ad g. d. est aliqua p̄portio cu vtrūqz sit finitū. Accipimus aut qd eandē p̄portioē habeat e. ad aliquā partē ipsius mobilis infiniti maiorem: q̄z scz. d. habet ad. d. g. sit ergo istud infinitum magis q̄z e. necesse est qd moueat ab a. in. g. d. tpe. opz enī supponere qd ab eodē mouere moueatur maius 7 min⁹ mobile in maiori 7 minori tēpore: ita qd sit diuisio mobilium s̄m p̄portioē tēporum: qz igitur p̄portio illi⁹ finiti ad e. est sicut p̄portio totū tps. g. d. ad. d. o3 cōmutatim dicere qd p̄portio totū tps. g. d. ad illud mobile finitū maius: sit sicut p̄portio tps. d. ad mobile e. sed e. mouet ab a. in tpe. d. ergo illud finitū maius mouebitur ab a. in tpe. g. d. 7 sic in eodē tpe mouebitur finitū 7 infinitū. quod est impossibile. 7 idem inconueniens sequitur quodcūqz tēpus infinitum accipiatur: sic igitur impossibile est qd infinitum moueat ab infinito in tpe finito. Relinquitur igitur si moueatur. qd moueat in infinito tpe: sed hoc est impossibile. vt supra ostensū est: qz infinitum non habet finē. omne aut quod mouet: habet finē qz si totus motus celi nō haberet finem. vna tamē circulatio habet finē. Sic igitur manifestū est qd infinitum non habet virtutē actiuā neqz passiuā. Deinde cū dicit.

L5. 70.

**S**i igitur omne corpus sensibile habet virtutem actiuam 7 passiuam: aut ambo: impossibile corpus infinitum sensibile esse.

L5. 68.

**A**ssumpta minori infert p̄conē dices. qd omne corp⁹ sensibile habet virtutē actiuam aut passiuā. aut vtrūqz. dicitur aut corpus sensibile ad differentiam corporis mathematici: ita qd corp⁹ sensibile dicat omne corpus naturale: quod in quātū huiusmodi: natū est mouere 7 moueri: sic ergo cōcludit qd impossibile est aliquid corpus sensibile esse infinitum. Deinde cum dicit.

L5. 69.

**S**ed tamen 7 quecūqz qdem corpora in loco oia sensibilia. Non est igitur corpus infinitum extra celū neqz vnum: neqz simpliciter: neqz s̄m quid nihil. Igitur omnino corpus extra celum nullum. Si qdem. n. intellectuale erit in loco: si vō sensibile erit in tempore: extra. n. 7 intra locum significant. Itaqz erit 7 sensibile. Sensibile autem nullum non ens in loco.

**E**xcludit quandam obiectionem: quia posset aliqz dicere qd sit aliquid corpus extra celum intelligibile quod sit infinitum. 7 dicit qd omnia corpora q̄ sunt in celo sūt sensibilia. nō enim sunt corpora mathematica: qz talib⁹ non debetur locus nisi s̄m metaphoram vt dicitur in primo de generatione. locus enim non queritur nisi p̄pter motum vt dicitur in. 4. phisicorum. non autem mouentur nisi corpora sensibilia 7 naturalia. naz mathematica sunt extra motum: sic igitur manifestum est qd quācūqz corpora sunt in loco: sunt sensibilia: 7 ex hoc cōcludit qd corpus infinitum nō sit extra celum neqz simpliciter. scz corpus infinitum neqz s̄m quid vel vsum ad aliquid. i. corpus finitum: cū enī corpus omne sit finitum vel infinitum. sequitur qd nullum omnino corpus sit extra celū qz si dicatur qd sit intellectuale: sequitur qd sit in loco. ex quo ponitur extra celum. extra enim 7 intra significant locum: sic igitur relinquitur qd si aliquid corpus sit extra celum finitum vel infinitū: qd sit sensibile: eo qd nullum sensibile corpus est quod non sit in loco: qz etiam celum quodammodo est in loco vt patet in. 4. phisicorum: manifestum est autem s̄m hoc vniuersaliter. qd nullum corpus intelligibile: neqz finitum neqz infinitum est extra celum: qz extra significat locum. Nihil autē est in loco nisi corpus

Lec. 18.

Lec. 1.

Lec. 7.

L5. 70.

L5. 71.

L5. 72.

nisi corpus sensibile. manifestum est etiam. qd nullū corpus infinitum sensibile est extra celum. ostensum est enī supra. qd nullū corpus sensibile est infinitum. qd autē corpus sensibile finitū sit extra celū: nō videtur hic probari sed supponi: nisi forte per hoc. qd omne corpus sensibile est in loco. omnia autē loca continentur infra celum. qd determinantur tribus motibus localibus supra positis: scz qui sunt circa medium: a medio et ad medium.

L5.  
70.

**R**ationabilius autem est conari. et sic neqz enim in circuitu possibile est moveri infinitum omnium ens.

Medium quidem infiniti non est. Quod autem in circuitu circa medium mouetur. Sed et neqz in rectum possibile est ferri infinitum. Oportebit. n. alterum esse tñ locum infinitum: in quem fertur fm naturā: et aliū tñ: in quem preter naturā. Lec. xv.

**R**atio pbs ostendit nullū esse corpus infinitum rationibus phisicis. i. que sumunt ex principiis sciētie naturalis: hic ostendit idem rationibus logicis. i. que sumunt ex aliquibus cōioribus principiis. vel aliquibus probabilibus et nō necessariis: et hoc est qd dicit: est. i. cōtingit conari ad ppositum ostendendum rōnabilius. i. per viā logicā sic scz fm rōnes sequētes. vnde alia littera planior est que sic habet. Magis at logice argumentari et. Sic primo autē ostēdit ppositum de corpe infinito pino. et de nō cōtinuo ibi. Sit autē nō cōtinuū et. Circa primū duo facit. primo ostēdit qd corpus infinitū similis ptiū existens non pōt moveri circulariter: quod qdem pbat per hoc qd infiniti non est aliquod mediū sicut nec extremū: motus at circularis ē circa mediū: vt supra habitū est. ergo et. ostēdit tribus rationibus qd nō est possibile. qd tale corpus infinitū motu recto moueat. quaz prima talis ē. Omne corp⁹ qd mouet motu recto: pōt moveri nāliter et per violentiam. Quicquid autē mouet per violentiā hz aliqū locū i quē mouetur violenter. et omne qd mouetur nāliter: hz aliquem locum in quē mouet nāliter. locus autē omnis est equalis locato. sic ergo sequet qd sint duo loca tāta: qz tūm est corpus infinitū: in quoz vnū mouet violenter et in aliū nāliter. hoc autē ē impossibile scz qd sint duo loca infinita sicut et qd sint duo infinita corpa: vt supra habitū est. Relinquit ergo qd nullū corpus nāle sit infinitū. Clidetur autē vtiqz ratio logica esse qd pcedit ex eo qd cōtingit corpi infinito inqz tūm est infinitū. siue sit mathematicum. siue sit nāle scz habere mediū. et non habere aliquod equale extra se. supra autē posuit aliqua similia sed nō tāqz principalia sed tanqz assumpta ad manifestationem aliorum. Sedam rōnem ponit ibi.

L5.  
71.

Adhuc siue natura hz motū eius qd in rectū: siue violentia mouet. Atroqz modo oportebit infinitam esse mouentem potentiam. Que enī infiniti infinita et infiniti infinita virtus. Quare erit et mouens infinitū. Ratio autē in his que de motu qd nullū hz infinitū virtutē finitū: neqz infinitam finitam. Si igitur fm naturam et preter naturam contingit moveri: erunt duo infinita: qd quidem mouens sic et quod mouetur.

Ratio talis est siue dicat qd corpus infinitū mouetur motu recto nāliter: siue per violentiā siue vtroqz modo et dicere qd sit potentia mouēs corpus infinitū. ostensum est enī i. 7. et 8. phisicorum qd omne quod mouet: ab alio mouet: nō solū in his que mouentur p violentiā: de quibus magis est manifestum. sed etia in his que mouent

Lec.  
Lec.  
2.

naturaliter. sicut corpora graua et leua mouentur a generante: vel remouente prohibens: cum autē fortius nō moueatur a debiliori: impossibile est qd infinitum cuius virtus infinita: moueat a potentia finita mouentis. vñ relinquatur qd oportet potentiā mouentis esse infinitā. Manifestum est autē. qd si potentia sit infinita erit rei infinite et eouerso si corpus infinitū ē: opz qd virt⁹ sit infinita: si ergo est corpus infinitū quod mouetur: necessē est qd corpus mouens sit et infinitum. probatum est enī in his que de motu. j. in octauo phisicorum. qd nullū finitorū habet virtutē infinitam: nec aliquod infinitoz hz virtutē finitā: sic igitur patet: qd si sit corpus infinitū qd mouetur motu recto: oportet qd moueatur a corpe infinito. si ergo ponamus qd corpus infinitū contingit moueri. et fm naturā et preter naturā. sicut ptinget fm vtrūqz modū: qd sint duo infinita. scz illud quod mouet sic: id est naturaliter vel violenter. et aliud quod mouetur. hoc autē est impossibile qd sint duo corpa infinita. vt supra ostensum est. ergo non est possibile esse corpus infinitum qd moueatur motu recto. hec etiam ratio logica est: qz pcedit ex communi pprietate infiniti corporis. quod scz nō habeat extra se aliud corpus equale. Idem autē ex hac ratione concludi non solum qd sint duo infinita sed plura. Nam si corpus infinitum mouet naturaliter. corp⁹ naturaliter ipsū mouens erit infinitū. et qd contingit ipsū moueri violenter. corpus quod mouet ipm violētē erit infinitum et sic erunt tria infinita. Rurſus qd motus qui est violentus vni est naturalis alteri. vt supra dictum ē: sequitur qd etiā sit aliud corpus infinitū quod nālit hoc modo moueat a virtute infinita. Tertiā rōnem ponit ibi.

Lec.  
zi.

Adhuc mouēs qd infinitū aliquid est: si qd n. ipsū seipm animatū erit. Hoc autē quō possibile infinitū esse aial. Si autē aliud aliquid mouens: duo erunt infinita et mouens et quod mouetur: differentia fm formam et virtutem.

L5.  
72.

Et hec quidem ratio inducitur. ad excludendum obuiationem quandam ad predictam rationē. posset enim aliquid dicere qd corpus infinitū mouetur naturaliter nō quidem ab alio sed a seipso sicut animalia dicuntur seipsa mouere. et sic non sequitur esse duo corpa infinita: quod premilla ratio concludebat: et ideo proponit qd necessē ē dicere si sit corpus infinitum: qd mouens ipm sit aliquid aliud: qd si moueret seipm esset animatum. hoc enim est proprium animalium qd seipsa moueant. si ergo corpus infinitum sit mouens seipm: sequitur qd sit animal infinitum: sed hoc non videtur esse possibile: qz omne aial habet determinatam figuram et determinatam proportionem partium ad totum qd non competit infinito: sic igitur non potest dici qd infinitum moueat seipm. Si at dicatur qd aliquid aliud moueat ipsum: sequitur qd sint duo infinita. scz mouens et quod mouetur. et ex hoc sequit qd differunt fm speciem. et virtutem qz mouens comparatur ad mobile. sicut actus ad potentiam. hoc autem ē impossibile sicut prius dictum est. Deinde cum dicit.

Si autē nō cōtinuū totū: hz quēadmodum dicit democritus et leucippus determinatum vacuo: vnū necessariū esse omnium motū. Determinata sunt quidē igitur figuris. Naturam autē esse dicunt ipsoz vnā. quēadmodū si aurū vnū qd qz sit segregatum. Horū autē quēadmodū dicim⁹ necessariū esse eundē motū. Abi enim vnus bolus: et tota terra fertur: et totus quidē ignis et scintilla in eundem locum. Quare neqz leue simpliciter nullum erit corporum si oia habent graui-

L5.  
73.

tatem. Si autem leuitatem grade nulli erit.

um. i. nulla speciez separatim cristat nihilominus plu  
ra indiuidua possunt esse vnius speciei. videmus enīz in  
omnib⁹ sic accidere. quoz substantia. i. essentia: quā signi  
ficat diffinitio est in materia signata: q sunt plura nu  
mero indiuidua vnius speciei. et huius ratio est. qz cum  
materia signata non sit de ratione speciei: rō speciei po  
test indifferenter saluari in hac materia signata. et in il  
la: et ita plura possunt esse indiuidua vnius speciei.

Deinde cum dicit.

Itaqz aut sunt plures celi: aut contingit esse  
plures. Et his quidem igitur suspicabit vtiqz  
aliquis et esse: et q contingit plures celos esse.

Infert cōclusionem intentam scilicet q aut sunt plu  
res celi: aut contingit esse factos plures celos. Ultimo  
autem epilogat q ex p̄missis possit aliquis suspicari  
q vel sint: vel possint esse plures mūdī. Sed videtur hic  
esse contrarietas inter Arist. et Platonem: nam plato i  
thimeo ex vnitāte exemplaris p̄banit vnitāte mūdī. hic  
autem Arist. ex vnitāte speciei separate concludit possi  
bile esse q sint plures mūdī. Et potest dupliciter respō  
deri. vno modo ex parte ipsius exemplaris. quod quidē  
si sic sit vnum q vnitāte sit esse: et natura eius: necesse ē  
exemplatum etiam imitari exemplar in sua vnitāte. Et  
tale est primum exemplar separatim. Unde et mundus  
qui est primum exemplatum: necesse est esse vnum: et hz  
hoc procedit probatio Platonis. si vō vnitāte non sit  
esse natura exemplaris: sed sit p̄ter essentiam eius. et  
sic exemplatum poterat assimilari exemplari: in eo qd  
pertinet ad eius speciem: puta in ratione hominis vel  
equi: non autem quantum ad ipsam vnitāte. et hoc mo  
do procedit hic ratio Aristotelis. Alio modo potest sol  
ui ex parte exemplati: quod tanto est perfectius: quāto  
magis assimilatur exemplari: alia ergo exemplata assi  
milantur exemplari vni s̄m vnitāte speciei. non s̄m  
vnitāte numeralem materialem: sed celum quod est  
perfectum exemplatum assimilatur suo exemplari s̄m  
vnitāte numeralem. Deinde cum dicit.

25.  
21. Considerandū autem iterū quid horum dicitur bene 7 quid bñ nō. Alteraz quidē igit esse rationem eam que sine materia. 7 eam que in materia forme bene quidem dicitur. 7 sit hoc verū: sed nihilominus. neqz vna necessitas propter hoc plures esse mundos. neqz contingit factos esse plures. si quidem iste ex tota est materia. quemadmodum est.

Soluit obiectionem predictam. 7 primo ponit solutionem. secundo manifestat eam ibi. (Sic aut forte 7c). dicit ergo primo qd oportet iterum ad soluendum dubitationem predictam cōsiderare quid dicat bene 7 quid nō bene. si enim omnia premissa sint vera. necesse est cōclusionem esse veram. dicit igitur qd bene dictū est. qd altera sit ratio forme. ea. s. que ē sine materia. 7 ea que est cū materia. 7 hoc concedatur tanqz verum. 7 sic cōcedatur conclusio primi syllogismi que est minor secūdi. sed non sequit ex necessitate ppter hoc qd sint multi mūdi. vel qd possint esse plures. si vez sit qd iste mūdus sit ex tota sua materia sicut est verum. 7 infra pbabitur. maior. n. ppositio syllogismi. s. qd illa que habent formam in materia possint esse multa numero vnius speciei. non habet veritatem nisi in illis que nō p̄stāt ex tota sua materia.

Deinde cum dicit.

25.  
24. Sic aut forte magis quod dicitur. erit manifestum. Si. n. est similitudo curuitas in naso. aut carne. 7 est materia similitati caro. si ex omnibus carnis vna fiat caro. 7 existat in hac similitudo nihil vtiqz aliud erit simum. neqz continget factum esse. Similiter aut 7 si homini sūt materia carnes 7 ossa. si ex omni carne 7 omnibus ossibus homo fiat impossibilib⁹ existentibus dissoluta esse. nō vtiqz continget esse alium hominem. sicut aut 7 in alijs. Omnino enim quozcunqz est substantia in subiecta quada materia. hoz nihil cōtingit factum esse. nō existente quada materia.

Manifestat qd dixerat per exemplū. 7 primo ponit exemplū. secūdo adaptat ad ppositum ibi. (Celū aut est qd singulariū. 7c). primo ergo ponit exemplū illius qd dicitur est. similitudo enim est curuitas in naso aut in carne. 7 ita caro est mā similitatis. si ergo ex oib⁹ carib⁹ fieret vna caro. s. vnius nasi. 7 in hac esset similitudo. nihil aliqd aliud esset simū. neqz posset esse. Et eadē rō est de homine euz carnes 7 ossa sint mā hoīs: si ex oibus carnibus 7 ossibus fieret vnus hō. ita. s. qd nullo mō possent dissolui. nō posset esse aliqs aliū hō qd vnius. si vō possent dissolui possibile esset illo hoīe corrupto aliū hoīes esse. sicut dissoluta archa. ex eisdē lignis fit alia archa. 7 ita et est in alijs: 7 hui⁹ rōne assignat. qd nihil eoz. quoz forma ē in mā pōt fieri si nō affuerit ppria mā. sicut domus non posset fieri si nō sint lapides 7 ligna. 7 ita si non sint alie carnes 7 ossa pter ex qbus cōponitur vnus hō. nō poterit fieri aliū hō pter illū. Deinde cum dicit.

25.  
25. Celum aut quidem singularium. 7 eoz que ex materia. sed si nō ex parte ipsius constat. sed ex omni esse quidem ipsi celo. 7 huic celo alterum est. Non tamē neqz vtiqz erit aliud. neqz vtiqz continget factos esse plures propter omnez materiam comprehensam esse.

Adaptat ad ppositum. 7 dicit vez esse. celū esse de numero singularium. 7 eoz que ex materia p̄stunt. non tamē ex parte sue materie. sed ex tota sua mā. 7 id qzuis

fit alia rō celi 7 hui⁹ celi. non tñ pōt esse aliud celū. pp b qd tota mā celi apprehēsa est sub hoc celo. Sciendum est aut qd quidā alijs modis pbant possibile esse plures celos. Cūno mō sic. mūdus factus est a deo. s. potentia dei cū sit infinita nō determinat ad istū solum mūdum ergo nō est rōnabile qd nō possit facere etiā alios mūdus. Et ad hoc dicendū est qd si deus faceret alios mūdus: aut faceret eos siles huic mūdo. aut dissiles. si oīno siles essent frustra. qd nō competit sapiētie ipsius. si aut dissimiles. nullus eoz cōprehēderet in se oēm naturā corporis sensibilis. 7 ita nullus eoz esset pfectus. s. ex oib⁹ cōstitueretur vms mundus pfectus. Cūno mō pōt argui sic. quāto aliquid est nobilius. tāto eius spēs est magis virtuosa. mūdus aut est nobilior qualibet re nāli hic existente. igitur cū spēs rei nālis hic existētis. puta eq. aut bouis possit p̄ficere plura indiuidua multo magis spēs totius mūdi potest plura indiuidua p̄ficere. C Sed ad hoc dicendū est. qd maioris virtutis est facere vni p̄fectum qd facere multa imp̄fecta. singula aut indiuidua re naturalium qd sunt hic sunt ip̄fecta. qd nullum eoz cōprehēdit in se totū quod p̄tinet ad suam spēm. sed mūdus hoc mō p̄fectus est. vnde ex hoc ipso eius spēs ostēdit magis virtuosa. C Tertio obijciunt sic. melius est multiplicari optima qd ea que sunt minus bona. s. mūdus est optimus. ergo melius est esse plures mūdus. qd plura animalia. aut plures plātas. C Et ad hoc dicendū qd b̄ ipius p̄tinet ad bonitatem mundi qd sit vnus. qz vnus habet rationē boni. videmus enī qd per diuisionem aliqua decidunt a propria bonitate.

Hoc ipsum igitur restat ostendere. qd ex omni naturali 7 sensibili constat corpore. 25.  
96.

Scamus autem primū. quid dicimus esse celum 7 quotiens. vt magis nobis manifestum fiat quod queritur.

Lectio. 11.

Postea solutione inducta. hic p̄b̄ pbat quod supposuerat. s. qd mūdus p̄stet ex tota sua mā qd p̄io dicit de quo est intētio. 7 quo ordine p̄cedendū dices qd hoc ipm restat ostendere ad cōplemētū p̄missæ solutionis qd mūdus p̄stet ex oī corpore naturali 7 sensibili. qd est mā eius. s. ante qd hoc ostēdamus oportet primo dicere quid significet per b̄ nomen celum. 7 quot modis dicatur. vt id qd querit magis possit manifestari. Secūdo ibi.

Quo quidē igitur modo celus dicimus subaz extreme totius circulationis. aut corpus naturale. quod est in extrema circunferentia totius. Consueuerimus enī extremum 7 qd sursum maxime vocare celū. in quo 7 diuinum omne locatum esse dicimus. Alio aut sursum modo continuum corpus extreme circunferentie totius. in quo luna 7 sol. 7 quedam astroz. etenim hec in celo esse dicimus. Adhuc autem aliter dicimus celum contentum corpus ad extrema circunferentia. totū. n. 7 omne p̄uenim⁹ dicere celū.

Exequitur p̄positū. 7 primo ostendit quot modis dicitur celū. secūdo ostendit principale p̄positū ibi. (Triplex aut ac). Circa primū ponit tres significatiōes celi. Cūno enī modo dicitur celum substantia quedā. que est extrema circulationis totius. i. que in toto vniuerso est extrema. 7 circulariter mouet. Et quia exposuerat significationem nominis per substantiā. cuius rō trāscendit cōsiderationem naturālē cū pertineat ad cōsiderationē metaphisice adhibet aliā expositionē. in eadem tamē si-

gnificatione dices qd celū est corpus naturale : qd est in extrema circumferentia totū. Et h̄ expositio est magis p̄ pria scientie naturali. p̄bat aut̄ hanc significationē ex cōsuetudine loquendi. qz nominib⁹ est v̄tēdum vt plures: si cut dicit in. z. thopicoz. Cōsueuerūt enī homines vocare celū id qd est extremū totius mundi. z qd est maxime sursum. nō quidē s̄m qz sursum accipit̄ in sc̄ia naturali. put̄ scilicet est terminus motus leuiū. sic enī nihil magis est sursum q̄ locus i quē fert̄ ignis. sed sumit̄ h̄ sursum s̄m cōmunē modum loquēdi. put̄ id qd est remotius a medio vocatur sursum. Cōsueuit̄ et̄ vocari sursum. id qd est locus oium diuinorū. vt dicunt̄ corpora celestia q̄ nō oia sunt in suprema sphaera. Sed sciendū qz diuina dicunt̄ substantie imales z incorporee: dictū est enī supra qz cēs hoies locū qd est sursum attribuit̄ deo. Secūdo mō dicit̄ celum nō solū suprema sphaera. sed totū corpus qd cōtinuat̄ cum extrema circumferentiā totius vniuersi. i. oēs sphaere celestiuū corporoz in qbus sunt luna z sol. z qdā stellaz. s. alij qnqz planete. nam stelle fixe sūt in suprema sphaera s̄m opinionez Aristoz. q nō possunt̄ aliā sphaerā esse stellaz fixaz. H̄c etiā significationē p̄bat per cōez vsū loquēdi. dicit̄ enī solē z lunā z alios planetas esse in celo. vident̄ autē hec corpa p̄tinuari cū sup̄ma sphaera. pp̄ueniētiā i nā. qz. s. sunt incorruptibilia. z circulariter mobilia. nō autē ita qz ex oibus sit vniū corpus p̄tinuū. qz sic eoz n̄ p̄nt̄ eē files z diuersi mot⁹. p̄tinuū est enī cui⁹ mot⁹ est vni⁹. vt dicit̄ in. v. methaphisice. tertio mō dicit̄ celū totū corpus qd cōtinuetur ab extrema circumferentiā. i. a sup̄ma sphaera. z hoc p̄bat et̄ ex vsū loquēdi. qz cōsueuimus totū mūdū. z oē. i. vniuersū vocare celū. Est autē p̄siderandū qz celū his tribus modis dicit̄ si equocē. s. analogice. s. p̄ respectū ad vniū p̄tinuū. Primo enī z principaliter dicit̄ celū sup̄ma sphaera. Secūdo autē alie sphaere celestes ex p̄tinuitate quā h̄nt ad sup̄mā sphaerā. Tertio mō vniuersitas corporoz s̄m qz p̄tinet̄ ab vltima sphaera.

126.  
6.

126.  
97.

Deinde cum dicit. **T**ripliciter autem dicto celo: totum ab extrema circumferentia contentus ex omni necesse constare naturali z sensibili corpore. propter neqz esse nullum extra celum corpus. neqz cō.ingere factum esse.

Ostendit̄ p̄positū. z p̄rio ostēdit̄ qz nō est aliquid corp⁹ sensibile extra celū. tertio mō dicit̄. i. extra hūc mūdū. secūdo ostēdit̄ qz nō est extra s̄m aliquid eoz q̄ sequunt̄ ad corpora nālia ibi. (Silit̄ at̄ manifestū zc). Circa primūz tria facit. p̄rio p̄ponit̄ qd̄ itēdit̄. sc̄do p̄bat p̄positūz ibi. (Si enī ē zc). Tertio claudit̄ p̄cipale sc̄dū ibi. (Ad h̄c sc̄dū igit̄ ex dictis zc). Dic̄ ḡ p̄rio. qz cū tripl̄ dicit̄ celū nūc itēdit̄ de celo tertio mō deo s̄m qz celū dicit̄ totū quod cōtinēt̄ ab extrema circumferentiā. z hoc celū necesse est qz p̄stet̄ ex oī corp⁹ sensibili z nāli quod est eius mā. z sic cōstat̄ ex tota suā mā pp̄ hoc qz extra h̄ celū nullum corpus est. nec p̄tingit̄ esse.

Deinde cum dicit. **S**i enim est extra extremam periferiam corpus phisicū. necesse ipm aut simplicium eē corporum: aut cōpositozum: aut s̄m naturam: aut p̄ter naturā habere.

Probat̄ p̄positū z p̄rio ostēdit̄ qz nullū corpus est extra celum. sc̄do qz nullū p̄t̄ esse ibi. (Sed etiā neqz factus esse zc). Circa primūz duo facit. p̄rio p̄mittit̄ quādā diuisionē per quā manifestat̄ p̄positūz. sc̄do excludit̄ singula mēbra diuisionis ibi. (Simpliciuū quidē igit̄ zc). Ostēdit̄ ergo p̄rio qz si est aliquid corp⁹ phisicū. i. nāle extra periferiā. i. circumferentiā. necesse est qz id corpus: aut sit de numero simpliciuūz corporozum: aut de numero

cōpositozum. Item necesse est. vel qz sit ibi s̄m naturam vel p̄ter naturam. C Deinde cum dicit.

**S**impliciuū quidē igit nullū vtiqz erit. Quod enī circūfert: ostensū est: qm̄ nō cōtingit̄ p̄mutare suūpsius locus: sed z neqz qd a medio possibile. neqz quod in medio substās: s̄m naturam quidem enim nō vtiqz erit. Alia enīz ipsoz p̄pria loca.

Excludit̄ singula mēbra diuisionis. z p̄mo ostēdit̄ qz extra extremā sphaerā nō est aliquid corpus simplex s̄z naturam. Quia corporoz simpliciuū quoddā est circulariter motū. quoddā est qd̄ mouet̄ a medio. quoddā qd̄ mouetur ad mediū z in medio subsistit̄ oibus alijs vt supra habitū est. Nullū autē hoz p̄t̄ esse extra extremā circumferentiā. ostēdit̄ est enī supra in. vi. phicoz qz corp⁹ qd̄ circulariter fert̄. nō p̄mutat̄ p̄p̄riū locū s̄m totū. nisi solum rōne. sic igit̄ nō est possibile qz corp⁹ quod circulariter fertur trāsseret̄ ad aliquē locū extra eū in quo est. Hoc autē sequerēt̄ si esset aliquid corpus circulariter motū extra hūc circumferentiā. sicut in suo loco naturali. z p̄ quā rationē esset nālis illi corpori: circulariter moto. per eādē rōne esset nālis huic corpori quod in hoc mūdo circulariter fertur. Omne autē corpus nāliter fert̄ ad suū locum naturālē. sequerēt̄ ergo qz illud corpus circulariter motū trāsseret̄ ad locū suū: quod est impossibile. Silit̄ etiā nō est possibile esse extra extremā circumferentiā. Corpus leue quod mouet̄ a medio. neqz et̄ corpus graue qd̄ subsistat alijs corporibus in medio. Si enī dicat̄ qz sit extra extremāz circumferentiā nāliter hoc esse nō p̄t̄. qz habet̄ alia loca nālia. s. infra extremā circumferentiāz totius. ostēdit̄ est autē supra qz oium grauiū est vnius numero locus: z s̄m oium leuiū. Cū nō est possibile qz ista corpora sint nāliter extra extremā circumferentiā totius. z est sciendum qz ista rō z inquit̄ ad corpus circulariter motum z inquit̄ ad corp⁹ quod mouet̄ moto recto: h̄z necessitatem: ex eo qz supra p̄batum est. qz tū vnum est extremum: z vnum mediū. Secūdo ibi.

126.  
11.

Proter naturā aut si qdē sunt. alij cuidā erit s̄m naturā qz extra locus. Cū. n. qz huic p̄ter naturā: necessariū alij eē s̄m naturā. s. non erat aliud corp⁹ p̄ter hoc. Nō igitur est nullū possibile simplicium extra celum esse corpus.

Ostendit̄ qz nullū corpus est extra celum p̄ter nāz. qz ille locus alicui corpori esset nālis. locus. n. qz est vniū corpori p̄ter naturā. necesse est qz sit alicui corporis s̄m nāz qz si alicui loco deesset p̄p̄riū corpus. locus ille esset frustra. sed non potest esse qz ille locus sit naturalis alicui corpori. non enīz est naturalis. neqz corpori circulariter moto. neqz corpori leui aut graui. ostensum est autē supra qz nullum aliud corpus est p̄ter ista. Sic igitur patet qz nullū corpus simplex est extra celū. neqz s̄m nām neqz p̄ter naturā. Tertio ibi.

Si aut non simpliciuū neqz mixtoz. necesse enī esse simplicia: mixto existente.

Probat̄ qz non sit ibi aliquid corpus mixtum. quia si non est ibi aliquid simplicium corporum. sequitur qz non sit ibi etiam aliquid corpus mixtum. vbiqz enī est corpus mixtum. necesse est ibi esse corpora simplicia que sint in mixto. z mixtum sortitur locum naturalem s̄m corpus simplex. quod in eo dominatur.

Deinde cum dicit.

Sed z neqz factum est possibile. Aut enim s̄m naturam erit: aut p̄ter naturam: z aut simplex: aut mixtū. Quare itez idē veniet sermo. Nihil enim

126.  
98.

enim

enim differt considerare si est, aut si factum esse possibile.

**C** Ostendit q̄ etiam extra celum non contingit esse ali- quod corpus, unde dicit q̄ nō est possibile fieri aliquod corpus extra celum, quia aut esset ibi s̄m naturam, aut p̄ter naturam, 7 iterum, aut esset simplex, aut mixtū, 7 quicquid horum dicitur: erit eadem ratio, que est supra, q̄ non differt s̄m rationes premissas: an sit aliquod cor- pus extra celum: vel possit ibi fieri: q̄ rationes premis- se vtrūq̄ concludunt: 7 q̄ in sempiternis non differt cē- 7 posse: vt dicitur in. iij. physicorum.

**C** Deinde cum dicit. **M**anifestum igitur ex dictis: quia neq̄ est ex- tra: neq̄ contingit factam esse corpus molem nullius: ex omni enim est propria materia totus mundus. **M**ateria enī erat ipsi corporis natu- rale sensibile. Itaq̄ nunc sunt plures celi: neq̄ fuerunt: neq̄ contingit fieri plures: sed vnum 7 solum 7 perfectum est istud celum.

**C** Concludit conclusionem principaliter intentam. Et vi- cit manifestum esse ex dictis, q̄ extra celum neq̄ ex ali- qua moles cuiuscunq̄ corporis neq̄ contingit ibi tale aliquid fieri: q̄ totus mundus est ex tota materia sua p̄- pria, materiale autem mundi est corpus naturale sensi- bile, nec est intelligendum q̄ velit probare nullum cor- pus sensibile nec extra celum propter hoc q̄ est ex tota sua materia, sed potius econuerso, vitur autem illo mo- do loquendi propter hoc q̄ ista duo inuicem conuertun- tur, concludit igitur q̄ neq̄ sunt in presenti plures celi: neq̄ fuerunt in preterito: neq̄ vnq̄ poterunt fieri in fu- turo: sed istud celum est vnum: 7 solum 7 perfectum: vt pote, cōstans ex omnibus suis partibus: siue ex tota sua materia.

**S**imul autem manifestum: q̄ neq̄ lo- cus: neq̄ vacuum neq̄ tempus est extra celum.

## Lectio. iij.

**O**stendit philosophus ostendit q̄ extra ce- lum non est aliquod corp⁹ sensibile nec potest esse, hic ostendit q̄ extra celū nō est aliquod eorum que consequuntur ad corpora sensibilia. Et primo ostendit p̄- positum, secundo ostendit qualia sunt q̄ extra celū nata sunt esse ibi. **C** Propter quod quidem neq̄ in loco 7c. Circa primum via facit primo proponit quod intendit, secundo probat p̄positum ibi. **C** In omni enim loco 7c. tertio infert conclu- sionem intentam ibi. **M**anifestum igitur 7c. Dicit er- go primo q̄ simul cum hoc quod probatum est extra ce- lum non esse corpus sensibile: manifestus est q̄ extra ce- lum neq̄ est locus, neq̄ vacuum: neq̄ tempus. de his enim tribus determinatur in quarto physicorum, sicut de quibusdam consequentibus corpora naturalia.

**C** Deinde cum dicit. **I**n omni enim loco possibile existere corpus: **V**acuum autem esse dicunt: in quo non existit corpus: possibile autem factum esse. **E**st autem tempus numerus motus. **M**otus autem siue physico corpore non est. **E**xtra celum antez offensum est: quia neq̄ est: neq̄ contingit fieri corpus. **M**anifestum igitur q̄ neq̄ locus neq̄ vacuum neq̄ tempus est exterius.

**C** Probat propositum, primo quidem quantum ad lo-

cum. **I**n omni enim loco possibile est existere corp⁹: alio- quin locus esset frustra: sed extra celum non est possibili- le existere aliquod corpus vt probatum est, ergo extra ce- lum non est vacuum: illi enim qui ponunt vacuum, dis- sident vacuū esse locū in quo nō existit corpus: sed im- possibile est sic esse, ergo extra celum non est vacuum.

**E**st autem sciendum q̄ stoici posuerunt vacuum infini- tum: in cuius quadam parte est mundus, 7 ita relinquitur s̄m eos q̄ extra extremam circūferentiam sit vacu- um. **Q**uod quidem tali imaginatione probare volebāt si enim esset aliquis in extrēa circūferentia celi, aut pos- set extendere manum suam, aut non, si non posset: ergo impediretur ab aliquo extrinseco existente, 7 redibit ea- dem questio de illo extrinseco, si in extremo eius aliquis existens posset vltra manum porrigere, 7 ita vel procede- retur in infinitum vel veniret ad extremum corpus vl- tra quod homo ibi existens non posset manum porrige- re, quo dato: sequitur q̄ extra id possit esse corpus, 7 cū non sit: extra erit vacuum. **A**d hoc autem respondet Ale- xander dicens positionem esse impossibile, cum enī cor- pus celi sit impossibile non est receptivum alicuius ex- tranei, unde si ex hac impossibili positione sequitur ali- quod inconueniens non est curandum, sed ratio non vi- detur esse sufficiens, q̄ impossibilitas huius positionis non est ex parte huius quod est extra celum, sed ex par- te ipsius celi, nunc autem agitur de eo quod est extra ce- lum, unde eadem ratio est si totum vniuersum esset ter- ra in cuius extremo posset esse homo: 7 ideo oportet ali- ter dicere sicut ipse etiam dicit, q̄ manum suam extra ex- tendere non posset homo in extrēa circūferentia con- stitutus, non propter extrinsecum impediens, sed q̄ de natura omnium corporum naturalium est q̄ contineā- tur infra extremam circūferentiam celi, alioquin celum non esset vniuersum, unde si esset aliquod corpus quod non deberet a corpore celi sic contineri: id nihil prohiberet esse extra celū sicut sube spūales vt infra dicitur. **Q**uod autem non sit vacuum extra celum: probat Ale- xander: q̄ aut illud vacuum erit finitum aut infinitum. si finitum: oportet q̄ alicubi terminetur 7 redibit eadem questio, vtrum extra id possit aliquis manum extendere si autem sit infinitum: aut ergo ista potentia vacui erit frustra: aut oportebit ponere corpus infinitum q̄ pos- sit recipi in infinito vacuo. **I**tem si sit vacuum extra mū- dum, similiter se habet mundus ad aliam partem vacui sicut ad istam in qua est mundus, ergo ista non est pro- prie locus eius, nulla ergo est causa quare in hac parte vacui maneat, si autem mundus non feratur magis ad vnam partem ad aliam, q̄ in vacuo non est differentia: fertur ergo ad omnem partem, 7 ita mundus destruetur.

**C** Tertio ibi. **E**st autem tempus 7c. **P**robat q̄ ex- tra celum non sit tempus, tempus enim est numerus mo- tus, vt patet in quarto physicorum, motus autem non potest esse sine corpore naturali, corpus autem nec ē nec potest esse extra celum, vt probatum est, ergo extra ce- lum non potest esse nec tempus nec motus.

**C** Deinde cum dicit. **P**ropter quod quidem neq̄ in loco que ibi apta nata sunt. **N**eq̄ tempus ipsa facit senesce- re. **N**eq̄ etiam nullius: neq̄ vna transmuta- tio eorum que super eam: que maxime extra or- dinatam lationem.

**C** Ostendit qualia sunt ea que sunt extra mundum: 7 cir- ca hoc duo facit, primo concludit ex premissis eorū qua- litatem, secundo ostendit ex his idem quod cōmuniter dicitur ibi. **E**t enim quēadmodum 7c. **C**irca primum duo facit, primo remouet ab eis conditionem eorū que sunt hic, sc̄do ostendit propriam conditionem eorū ibi. **S**ed inalterabilia 7c. **D**icit ergo primo, q̄ extra celū

Lec. 17.

Xcc.  
7.

Xcc.  
20.

non est locus: sequitur q̄ ea que ibi sunt nata esse: non sint in loco: et hoc quidem Alexander dicit posse intelligi de ipso celo quod quidem non est in loco s̄m totum s̄ s̄m partes: vt probatur in quarto physicozum. Item q̄ tempus nō ē extra celum: sequitur q̄ non sit in tempore: et ita tempus non facit ea senescere. quod etiam dicit Alexander posse celo conuenire: quod quidem non est in tempore. s̄m q̄ esse in tempore est quadam parte temporis mensurari. vt dicitur in quarto physicozum. et non solū talia non senescunt in tempore: sed neq̄ est aliqua transmutatio eorum que sunt super illam rationē que est maxime extra ordinata. i. super motum localem corporum leuium. motum enim rectum consuevit vocare rationes sed hoc non videtur esse verum. q̄ corporum celestium non sit aliqua transmutatio cum moueantur localiter nisi forte exponamus de transmutatione que est in substantia: sed hec videtur erronea expositio: cum p̄b̄s vniuersaliter omnem mutationem excludat. similiter etiam non potest dici proprie q̄ celum sit ibi. i. extra celum: et ideo conuenientius est q̄ hoc intelligatur de deo. et de substantijs separatis. que maxime neq̄ in tempore neq̄ in loco continentur. cum sint separate ab omni magnitudine et motu. huiusmodi autem substantie dicuntur esse ibi. i. extra celum non sicut in loco: sed sicut non contenta nec inclusa sub continentia corporalium rerum. Sed totaz corporalem naturaz excedentia: et his conuenit quod dicitur. q̄ eorum nulla sit transmutatio: q̄ superexcedunt supremam rationem: s̄z vltime spere que ordinatur sicut extrinseca et contentiua omnis mutationis.

**C** Deinde cum dicit.  
**S**ed inalterabilia et impassibilia optimam habent vitam et per se sufficientissimam perficiunt toto eterno.

**O**stendit qualia sunt huiusmodi entia. Et primo ostendit eorum conditionem. s̄do exponit quoddam nomen quo vsus fuerat ibi. (Etenim hoc nomen etc.) Tertio ostendit influentiam eorum in alia ibi. (Unde et alia etc.) dicit ergo primo. q̄ illa entia que sunt extra celum sunt inalterabilia et penitus impassibilia habentia optimam vitam: in quantum. s. eorum vita non est materie permixta sicut vita corporalium rerum: habent etiam vitam per se sufficientissimam in quantum non indigent aliquo. vt ad conseruationem sue vite: vel ad executionem operis vite: habent etiam vitam non temporalem sed in toto eterno: horum autem que dicuntur quedam possunt attribui corporibus celestibus: puta q̄ sint impassibilia et inalterabilia: sed alia duo non possunt eis conuenire. Etiam si sint animata. non enim habent optimam vitam: cum eorum vita sit ex vntone anime ad corpus celeste: nec etiam habent vitam per se sufficientissimam cum per motum suum bonum consequuntur: vt dicitur in secundo. Deinde cum dicit.

Xcc.  
1.

**E**tenim hoc nomen diuine enunciatum est ab antiquis. Finis enim continens id quod vniuersalis vite tempus: cuius nihil est extra s̄m naturam eternam vniuersalisque vocatum est. Secundum eandem autem rationem et totius celi finis et omne tempus et infinitatem continens perfectio: eternum est a semper esse sumens denominationem immortalis et diuinus.

**E**xponit nomen eterni. quo vsus fuerat. et dicit q̄ anti qui pronunciauerunt hoc nomen diuine. hoc est conuenienter rebus diuinis: hoc enim nomen dupliciter accipitur. Vno quidem modo s̄m quid. quod. s. est eternum vel seculum rei vniuersalis. idem enim apud grecos significat. dicit ergo q̄ eternus vel seculus vniuersalis rei vo

catum finis. i. mensura quedam terminans: que continet tempus vite cuiuslibet rei. ita q̄ nihil de tempore vite q̄ est alicuius rei s̄m naturam est extra illum finem vel mensuram. sicut si dicamus q̄ spacium centum annorum ē seculum: vel eternum hominis. Alio modo dicitur eternum simpliciter. quod comprehendit: et continet omnes durationem. et hoc est quod dicit. q̄ s̄m eandem rationem: eternum dicitur finis totius celi. i. spacium continens totam durationem celi. quod est spacium totius temporis. Et s̄m hoc dicit eternus perfectio quedā que continet omne tempus et omnem infinitatem durationis non quidem sic q̄ ipsum celum distendatur s̄m successiones preteriti et futuri sicut spacium temporis quantumcumq̄ sit. q̄ talis successio sequitur motum: ista autem sunt penitus immobilia: que dicit habere vitam in eterno: s̄z eternum totū simul existens comprehendit omne tempus et omnem infinitatem: et deriuatur in greco ab hoc quod ē semper esse: et talis finis qui eternum dicitur est immortalis: q̄ vita illa non determinatur morte et diuinus q̄ et cedit omnem materiam quantitatem et motum.

**C** Deinde cum dicit.  
**U**nde et alia dicitur est bis quidem clari.

**H**is autem obscurius: esse et viuere.  
**O**stendit influentiam eorum in alia: est autem manifestum q̄ ab eo quod est perfectissimum sit deriuatio ad alia que sunt minus perfecta. sicut calidum deriuat ab igne ad alia que sunt minus calida: vt dicitur in secundo metha. vnde cum ista entia habeant vitam optimam: et per se sufficientissimam. et esse perfectum. consequens ē q̄ inde comunicetur alijs esse et viuere: et non tamē equaliter omnibus: sed his quidem clarius. i. euidentius. et perfectius. s. his que sunt sempiterna. ea de numero existentia: et his que habent vitam rationalem. his autem obscurius. i. debilius. et imperfectius sicut his que sunt sempiterna non s̄m idem numero sed s̄m idem specie: et que habent vitam sensibilem vel nutritiuam.

Xcc.  
2.

**C** Deinde cum dicit.  
**E**tenim quemadmodum in enchyridijs philosophis circa diuina multotiens declaratum est rationibus: q̄ diuinum intransmutabile necessarium esse omne primum et sumum: quod sic habens testificatur dictis.

**M**anifestat quod dixerat de conditione predictorum entium. que sunt extra celum: et primo proponit quod intendit. secundo inducit rationes ibi. (Neq̄. n. aliud etc.) Circa primum considerandum est q̄ apud p̄bos erant duo genera dogmatum: quedam. n. erant que a principio in ordinem doctrine multitudini apponebantur. quidem vocabantur enchyria. quedam autem erant magis subtilia que proponebantur auditoribus iam profectis. que vocabantur sintagmatica. i. coordinata vel akumatica. i. auditionalia. dogmata autem p̄borum dicitur philosophimata. dicit ergo q̄ in huiusmodi enchyrijs philosophimatis circa res diuinas multotiens p̄bi rationibus manifestabant. q̄ necesse est omne diuinum esse intransmutabile. quasi non subiecti motu. et primum quasi non subiectum tempori: et sumum quasi non contentum loco: diuinus autē dicebant omne substantiam separatam: et hoc attestatur his que dicta sunt de huiusmodi entibus. **C** Deinde cum dicit.

**N**eq̄ enim aliud melius est quod mouebit. Illud enim vtiq̄ erit diuinus. **N**eq̄ habet prauum nihil: neq̄ indigens eorum que ipsius bonorum nullum est.

**N**onit rationes ad ostendendum quod dixerat: s̄z q̄ primum et supremum sit intransmutabile. et primo ostendit propositum.



propositus. scdo inferz quadas conclusiones ex dictis  
 sibi. (Et incessabili itaqz ꝛc.) Circa primuz ponit duas  
 rationes: quarū prima talis est. semper mouens ꝛ agēs  
 est melius moto ꝛ passo. sed non est aliquid melius pri-  
 mo ꝛ sumo diuino. quod possit ipsuz mouere: qz id ad  
 hoc esset diuinius. primū ergo diuinus non mouetur:  
 qz omne quod mouetur: necesse est ab alio moueri: vt p  
 datur in. vij. ꝛ. viij. p. phisicorum. C Secundaꝝ rationem  
 ponit ibi. (Itaqz habet prauum nihil ꝛc.) que talis est.  
 omne quod mouetur aut ad hoc mouetur vt fugiat ali-  
 quod maluz: aut ad hoc qz requirat aliquod donū: sed  
 primuz non habet aliquod maluz quod possit euadere:  
 primuz non habet aliquo bono quod possit acquirere: qz ē p-  
 neqz indiget aliquo bono quod possit acquirere: qz ē p-  
 fecitissimum. ergo primuz non mouetur: pōt autē ꝛ sic  
 formari ratio: omne quod mouetur: aut mouet ad me-  
 lius: aut ad deterius. sed neutruz potest deo conuenire  
 fm ea que hic dicuntur. ergo deus nullo modo mouet:  
 ꝛ est attendenduz qz hec scda ratio potest induci ad hoc  
 qz non moueatur. C Deinde cū dicit.

Lec.  
 1.  
 Lec.  
 2.

Et incessabili itaqz motu mouet rationabili-  
 ter. Omnia enim quiescunt: que mouentur:  
 quando venerint in proprium locum: eius au-  
 tem quod circum corporis idem locum vnde in-  
 cepit: ꝛ in quem consumat.

Inferz conclusionē ex dictis. Et dicit rationabiliter .i.  
 probabiliter sequi qz istud primū mobile moueat motu  
 incessabili. quecumqz enim mota quiescūt: tunc quiescūt  
 quando perueniunt ad propriū locuz sicut patet in gra-  
 uibus ꝛ leuibus. sed hoc non potest dici in primo mobi-  
 li: quod circulariter mouetur. qz idem est vnde incipit  
 motus eius. ꝛ in quod terminatur. ergo primuz mobile  
 mouetur a primo motore motu incessabili. ꝛ est attendē-  
 dum qz hec ratio non ex necessitate concludit. potest. n.  
 dici qz motus celi non cessat. non propter naturam loci  
 sed propter voluntates mouentis. ꝛ ideo non inducit eaz  
 tanqz necessarias sed tanqz probabiles. *Ca. 10.*

Is autem determinatis dicamus  
 post hoc: vtrum ingenitus aut geni-  
 tus: ꝛ vtrum incorruptibilis aut cor-  
 ruptibilis pertranseuntes priꝝ alio-  
 rum suppositiones. Lectio. xxiij.

Ostēz pbs ostēdit qz corpus totius mū-  
 di non est infinituz. ꝛ qz non est multi-  
 plex numero. hic inquit vtrū sit infinitum  
 durationis eternitate. ꝛ primo ponit  
 opiniones alioruz. scdo determinat  
 proposituz fm proprias opiniones ibi.  
 (Primū autē diuidendum ꝛc.) Circa  
 primū tria facit. primo dicit de quo est intētio. scdo ponit  
 opiniones ibi. (Genitus quidē igitur ꝛc.) tertio im-  
 probat eas ibi. (factuz esse quides ꝛc.) Circa primum  
 duo facit. primo dicit de quo est intentio: ꝛ quo ordine  
 sit agendū. ꝛ dicit qz post determinationē premissoz di-  
 cendū est postea vtrū mundus sit ingenitus. i. vtrū per  
 generationē incepit esse a quodaz principio tēporis aut  
 non. ꝛ vtrū sit incorruptibilis aut corruptibilis. i. vtruz  
 per corruptionem post aliquod tēpus esse desinat vt nō  
 prius tamen qz hec pertractemus fm nostraz opinionē  
 debemus pertransire ꝛ breuiter dicere suspensiones alio-  
 ruz. i. opiniones aliorū pborum. quas suspensiones h no-  
 tat: qz ex leuibus rationibus ad hec dicenda moueban-  
 tur difficile ad hoc inducere efficaces rōnes vnde ꝛ ipse  
 Arist. dicit in primo topicoz. qz quedaz problemata sūt  
 de quibus rationes non habemus: vt vtruz mundus sit  
 eternus vel non. Secūdo ibi.

Contrariorum enim demonstrationes dubi-

tationes de contrarijs sunt.

Assignat rationes tres quare hic ꝛ alibi alioruz opinio-  
 nes pertractet: quaruz prima est: qz demonstrationes. i.  
 probationes contrariozū. i. contrariaruz opinionuz: sūt  
 dubitationes de contrarijs. s. opinionibus. i. sunt obie-  
 ctiones ad contrarias opiniones: expedit autē ei qui vult  
 cognoscere aliquā veritatē soluere dubitationes. qz so-  
 lutio dubitatoruz est inuētio veritatis: vt dicitur in. iij.  
 metha. ꝛ ita ad sciendū veritatē: multū valēt rōnes pna-  
 rū opinionū. C Secūdam rōnem ponit ibi.

Simul autem ꝛ magis vtiqz erunt credibilia  
 dicenda pre audientibus dubitatorum sermo-  
 num certificationes.

Et dicit qz simul cuz predicta ratione est alia ratio: qz  
 ea que dicenda sunt magis creduntur credibilia apud il-  
 los qui audiunt certificationes sermonū ex quibus du-  
 bitatio emergit: qz qz diu homo dubitat anteqz ei? du-  
 bitatio soluat: est mens eius similis ligato qui nō pōt  
 ire. C Tertiā rationē ponit ibi.

Gratis enim condēnare videri minus itaqz  
 nobis erifet. Etenim oportet disquisitores sed  
 non inimicos esse iudicatos vtz sufficienter.

Et dicit qz quando nos posuerimus opiniones aliorū  
 ꝛ induruerimus eozū rationes ꝛ soluerimus eas: ꝛ posue-  
 rimus rationes in contrarium: inerit nobis qz non vi-  
 deamur condēnare dicta alioruz gratis. i. sine debita ra-  
 tione sicut qui reprobant dicta aliorum solo odio: quod  
 non conuenit pbs qui profitentur se inquisitores eē ve-  
 ritatis: opz enim eos qui volunt sufficienter iudicare de  
 veritate. qz non exhibeant seipsos sicut inimicos eorum  
 de quozū dictis est iudicandū. sed sicut arbitros ꝛ disqsi-  
 tores pro vtraqz parte. C Deinde cum dicit.

Genitum quidem igitur omnes esse dicunt:  
 sed genitum hi quidem sempiternum: hī autem  
 corruptibilem: quemadmodum quodcumqz cō-  
 stitutorum. Hi autem vicissim quandoqz qui-  
 dem sic: quandoqz autem aliter habere corru-  
 ptum: ꝛ hoc semper perficere sic quemadmo-  
 dum Empedocles Agrigentinus ꝛ Eracritus  
 Ephesius.

Nonit opiniones aliorū. Et primo ponit in quo om-  
 nes conueniunt: ꝛ dicit qz omnes qui fuerunt ante eum  
 dixerunt qz mundus sit genitus. i. a quodam principio  
 temporis esse incipiens per generationē. C Secūdo ibi.  
 (Sed genitū ꝛc.) Nonit in quo differant: ꝛ tangit tres  
 opiniones: quidaz enim dicebant qz quis inceperit eē ab  
 aliquo principio tēporis: tamen in sempiternuz durabit  
 sicut primo dixerunt quidā poete vt Orpheus ꝛ Irido-  
 rus qui dicti sunt theologū: qz res diuinas poetice ꝛ fabu-  
 lariter ediderunt. quos in hac positione secutus ē Plato:  
 qui posuit mundum generatuz: sed indissolubilem.  
 Scda opinio fuit quorūdam aliorū. qui posuerunt mū-  
 dū corruptibiles esse: eo modo quo quodlibet aliud ge-  
 neratorū que constituuntur ex multis. ita. s. qz mundus  
 post corruptionem nūqz reparabitur: sicut fortes post  
 corruptionē nūqz reparatur per naturaz. ꝛ hec fuit po-  
 sitio Democriti: qui posuit mundū generari casu p con-  
 cursum athomozum semper mobilium. ꝛ ita per eozuz  
 segregationē quādoqz eē dissoluendū. Tertia opinio ē  
 dicentū qz mundus quāqz vicissim generatur: ꝛ quandoqz  
 corrumpitur. ꝛ ista vicissitudo semper durauit ꝛ dura-  
 bit: ꝛ hoc dicit Empedocles agrigentinus. posuit enim  
 qz amicitia congregante elemēta: ꝛ lite dissolvente ea.  
 mundus generabatur ꝛ corrumpebatur: hoc etiaz po-  
 suit Eracritus Ephesius. qui posuit qz quandoqz totus

Lec.  
 1.

Lc.  
 101.



mundus erueret per ignē. et post certos decursus tporū iterum totus mundus generet per ignem que ponebat esse principium oīum rerum. Dicunt autē quidam qd isti poete et phi. et precipue Plato non sic intellexerūt fm qd sonat fm superficiem verborū: sed suā sapiam volebant quibusdā fabulis et enigmaticis locutionibus occultare. et qd Arist. consuetudo fuit in pluribus nō obicere ptra intellectū eorū qui erat sanus: sed cōtra verba eorū ne ali quis ex tali modo loquēdi errore incurreret: sicut dicit simplicius in cōmēto. Alexander tamen voluit qd Plato et alij antiqui phi hoc intellexerunt: qd verba eorū exterius sonant. et sic Arist. nō solū cōtra verba: s; cōtra intellectum eorū conatus est argumētari: quicquid autē horum sit: nō est nobis multum curādum: qz studij pbie nō est ad hoc qd sciat qd hoies senserint: s; qualr se habeat veritas rerum. Deinde cum dicit.

**F**actum esse quidem igitur: sempiternumqz tamen esse dicere impossibiliū. Sola enim hec ponendum rationabiliter quecumqz in multis aut omnibus videmus existentia. De hoc autē accidit contrarium. Omnia enim que generantur: et corrumpi videntur.

**I**mportat rōnes predictas. et primo primā. scdo tertias ibi. (Uicissan autē etc.) tertio scdam ibi. (Totaliter autē factū etc.) scda. n. opio min⁹ hz rōnis. Circa primū duo facit. primo iprobat positionē. scdo excludit quādā excusationem ibi. (Auxilium autē etc.) Circa primum duo facit. primo ponit duas rōnes. circa quarū primā dicit. qd impossibile est mundū eē factum vel genitum ex quodā principio tps. et qd postmodum in sempiternū duret: cū enim aliqua volumus sumere rōnabiliter. i. pbabiliter absqz demōstratione: talia opz ponere: q videmus esse vera in omnibus aut in multis. hoc. n. est de rōne pbabilis: sed in pposito accidit huius: qz oīa que gñantur: videmus corrumpi. non ergo est ponendum qd mundus sit generatus: et qd sit incorruptibilis. **S**cdam rationem ponit ibi.

**A**dhuc autem non habeamus principū eius quod est sic se habere: sed impossibile aliter habere prius per omnia secula: impossibile transmutari. Erit enim aliqua causa: que si extitit prius possibile utiqz erit aliter habere: impossibile aliter habere. Si autem prius ex aliter habentibus consistit mundus. Si quidem semper sic habentibus et impossibilibus aliter habere: non utiqz fieret. Si autem factus est: necesse. s. et illa possibilia esse aliter se habere: et non semper sic se habere. Itaqz constantia dissoluentur et dissoluta constiterunt prius: et hoc infinites: aut sic se non habebat: aut possibile erat. Si autē hec nō utiqz erit incorruptibilis: neqz si aliter habebat aliqn: neqz si possibile aliter habere.

**E**t inducit primo quoddam principū. et dicit qd si aliquid est qd non hz in se potentiam q sit principium ei⁹ qd est sic et aliter se habere: sed impossibile sit qd aliter se habeat prius per oīa secula: impossibile ē qd talis res transmutetur: et hoc pbat inducendo ad impossibile: qz si talis res transmutat: erit quādo transmutat: aliqua cā facies eā transmutari. s. sua potentia ad transmutationē. que si prius fuisset: possibile erat illam rem aliter se habere qd tū ponebat impossibile se aliter habere: et postea hz eaz: hoc ipsum ē transmutari illā rē. et sic etiā anteqz haberet po-

tentiam transmutandi erat potēs transmutari ad hoc. s. qd acciperet potētiam transmutandi. Et his autē sic arguitur ad ppositum. si mundus constitutus est ex quibusdā rebus que priusqz mundus fieret aliter se habeat: si ita sit qd illa ex quibus constitutus est mundus semp sic se haberent. sicut prius se habebat. et impossibile sit aliter ea se habere non fieret mundus ex eis. si ergo factus est mundus ex eis: necesse est qd illa ex quibus factus ē mundus sint possibilia aliter se habere. et qd non semp eodem modo se habeat. vnde sequitur qd et cōstantia. i. postqz fuerint adunata ad constitutionem mūdi. iterū possint dissolui: et qn erant dissoluta. prius fuerunt composita et infinites viciss; hec sic se habebant: aut possibile erat sic se habere: et si hoc est verū: sequit qd mundus nō sit incorruptibilis: neqz vniqz erit incorruptibilis. si ea ex quibus constat mundus aliter se habebat. neqz et si possibile erat qd aliter se haberent: qd ex vtroqz sequit: qd et non possibile sit ea aliter se habere.



**A**uxilium autem quod quidam conantur ferre sibiipsis dicentibus in corruptibilem quidem esse: factus autem non est verum. Similiter enim dicunt his qui descriptiones

Lō.  
104

scribunt: et seipsos dixisse de generatione non tanqz generato aliquando sed doctrine gratia tanqz magis instructes velut descriptionē gentium aspicientes.

Lectio. xxij.



**R**emissis rationibus contra opinionē Platōnis. hic pbs excludit quādā excusationē predictę opinionis quā Xenocrates et alij Platōnici asserbant. Et circa hoc duo facit. primo pposit excusationē. scdo excludit eā ibi. (Hoc autē quēadmodum est dicimus etc.) dicit ergo primo: qd non est verū illud auxilium. i. illa excusatio quā quidā platonicorū faciebant: dicentū mundū eē incorruptibilem. sed tamen factum. vel genitum conantur ferre. sed ipsi vt non irrōnabiliter posuisse videantur: dicunt se dixisse de generatione mundi: ad similitudinem eorū qui describunt figuras geometricas: qui primo describunt quāsdā partes figure: puta trianguli: postea alias nō quasi prius fuerint hmoi partes anteqz alia figura ex hmoi partibus constitueret: sed vt magis explicitē demōstrent ea que ad figuram requirunt: et similitur dicunt platōnem dixisse mundū factū esse ex elementis: non tanqz aliquo tpe determinato mundus sit generatus: sed causa doctrine vt facilius instruerentur aliqui de natura mundi dum prius demonstrant partes mundi. et quid habeat hmoi partes: ex ipsis postea demonstrant eis compositionē quā habent a cā mundi que deus est: ita aspiciunt. i. cōsiderāt mundū eē genitū ad modū descriptionis: qua vtuntur geometre in descriptione figurarum. **D**einde cum dicit.

**H**oc autem est quemadmodum dicimus non idem. In factione quidem enim descriptionū positis omnibus esse simul idem accidit. In demonstrationibus autem horum non idem: sed impossibile. Que enim accipiuntur prius et posterius sub contraria sunt. **E**t inordinatis quidem enim ordinata facta esse dicunt. Simul autem idem inordinatum esse: et ordinatus impossibile: sed necesse generationem esse separantes et tempus: in descriptionibus autem nihil tempore segregatū

Lō.  
105

Lō.  
106

Lō.  
103

poze segregatum est. Quod quidem igitur impossibile ipsum sempiternum esse et factum esse manifestum.

¶ Improbatur quod dictum est. et dicitur quod non eodem modo se habet quod ipsi dicunt circa generationem mundi. et quod geometre dicunt circa descriptiones figurarum. sicut manifestabitur per ea que nunc dicemus: quod in descriptionibus geometricalibus idem accidit si omnes partes figure sint accipiantur ut constituant figuram et si non accipiantur simul. Quia quoniam non accipiuntur simul nihil aliud dicitur de eis. nisi quod sint linee vel anguli. et hoc est salvatum in eis quoniam accipiuntur omnia simul in figura constituta et eis. Sed in demonstrationibus eorum qui ponunt generationem mundi non idem accipiuntur cum sint simul et cum non sunt simul: sed impossibile est quod idem ex utraque parte accipiantur. sicut impossibile est opposita esse simul. illa autem que accipiuntur prius. scilicet in constitutione mundi et posterioribus. scilicet mundo iam constituto. sunt subcontraria. id est habent quaedam adiuncta et latetem contrarietatem. dicitur. n. quod ex elementis inordinatis. facta sunt ordinata. deo. scilicet reducete in ordinationem elementorum ad ordinem ut Plato in thymeo dicit. geometre autem non dicunt quod ex lineis diuisis componatur triangulus sed simpliciter quod ex lineis. Et eadem sententia. si isti solus dicerent quod mundus sit ex elementis: sed dicunt quod mundus ordinatus sit ex elementis: Non est autem possibile quod aliquid sit simul ordinatum et inordinatum: sed necesse est dare aliquam generationem per quam unus eorum ab altero separet. ut. scilicet ante generationem. sit inordinatum. post generationem vero ordinatum. et per hoc necesse est dare aliquod tempus distinctionis utriusque: sed in descriptionibus figurarum non requiritur aliqua distinctio temporis. non enim. quod linea et triangulus tempore distinguantur sicut ordinatum et inordinatum: voluit autem quidam ad hoc excusare Platonem quasi non posuerit quod aliqua inordinatio prius tempore fuerit in elementis mundi et posterioribus aliquo tempore incepit ordinari: sed quod inordinatio semper quantum ad aliquid adiuncta est elementis mundi. id est habet quantum ad aliquid ordinem. sicut et ipse Aristoteles. ponit quod materie semper adiungitur privatio. quod quibus et semper sit forma aliquid formata. Potest etiam intelligi Platonem dedisse intelligere quod elementa ex se in ordinationem haberent si non essent ordinata a deo. non quod prius tempore fuerit inordinata: sed quicquid Plato intellexerit. Aristoteles. sicut dictum est obijciebat contra id quod verba Platonem ex primis. Concludit ergo ex premissis quod impossibile sit mundum factum esse per generationem: et tamen cum in sempiternum durare.

¶ Deinde cum dicitur.

¶ Vicissim autem constare et dissolui nihil aliud facere est quam astruere ipsum sempiternum quidem sed transmutantem formam: quemadmodum si quis ex puero virum factus: et ex viro puerum: quandoque enim corrumpi quandoque esse putet. Valde enim quod et adinvicem continentibus elementis non contingens ordo sit et constitutio sed eadem. Aliterque et secundum eos qui dixerunt hunc sermonem: qui dispositionis utriusque causant contrarium. Itaque si totum corpus continuum ens: quandoque quidem sic: quandoque autem illo modo disponitur et aptatur: totius autem consistentia mundus et celum: non utique mundus generabitur et corrumpetur: sed dispositiones ipsius.

¶ Prosequitur opinionem Empedoclis quam tertio posuerat. et dicit quod illi qui dicunt mundum vicissim componi et dissolui nihil aliud faciunt quam quod asserunt mundum esse sempiternum secundum substantiam. sed se transmu-

tare secundum formam siue secundum eius dispositionem. sicut si aliquis videns aliquem ex puero factum virum: si ponatur quod videat vicissim eundem ex viro factum puerum: putet eum quandoque fieri. quandoque corrumpi. Et quod secundum hanc opinionem Empedoclis ponatur ipsa substantia mundi sempiterna manifestat per hoc quod post separationem elementorum per litteram quando iterum conveniunt elementa: non fiat qualiscumque ordo mundi. et qualiscumque eius constitutio: sed eadem que nunc est: et hoc manifestum est etiam aliter per rationem: quod ab eadem causa seque amicitia congregabuntur tunc elementa: et qua et prius congregata sunt: et sic eadem constitutio mundi sequetur: sed etiam hoc manifestum est secundum eos qui hanc positionem ponunt qui asserunt contrarietatem litteris amicitie ponunt causam contrarie dispositionis in elementis: ut seque quandoque sint coniuncta quandoque separata.

¶ Unde concludit quod si totum corpus mundi continuum existens id est coniunctum: quandoque disponatur et aptetur uno modo: quandoque alio modo cum ipsa consistentia siue substantia omnium corporum vocetur mundus siue celum: sequitur quod mundus non generetur et corrumpatur: sed solum dispositiones ipsius.

¶ Totaliter autem factum corrumpi et non reflecti existente quidem uno impossibile est: priusquam enim fieret: semper existebat que ante ipsius consistentia: qua non facta: non possibile esse dicimus transmutari: infinitis autem entibus mundis: contingit magis. Sed tamen et hoc utrum impossibile aut possibile: erit manifestum ex posterioribus. ¶ Sunt enim quidem quibus contingere videtur et ingentium aliquid ens corrumpi: et genitum incorruptibile perdurare sicut in thymeo. Ibi enim ait celum factum esse quidem non solum: sed et fore de cetero sempiterno tempore. Ad quos naturaliter quidem de celo solum dictum est: uniuersaliter autem de omni speculantibus: erit et de hoc hoc manifestum.

¶ Prosequitur autem opinionem Democriti quam supra posuerat. et primo dicit qualiter se habeat ista opinio. secundo ostendit quid circa hanc postmodum erit manifestum ibi. (Sed tamen etc.) dicit ergo primo. quod si aliquis ponat quod mundus sit factus: et totaliter corrumpatur absque regressu. ita. scilicet quod nunquam iterum fiat: hoc quidem est impossibile si ponatur unus tantum mundus. et hoc ideo: quia si sit unus mundus qui quandoque est factus cum non sit factus ex nihilo priusquam fieret: existebat substantia que erat ante eum: aut ergo ponemus quod illa substantia que preerat mundo: poterat subijci generationi: aut non: et si quidem non poterat subijci: non poterat ex ea fieri mundus: et hoc est quod dicit: qua non facta vel non genita id est qua non subiecta generationi: impossibile esse dicimus transmutari: id est non possibile esse quod transmutetur ad hoc ut ex ea fiat mundus. Si vero in sua natura habebat quod posset transmutari ad hoc quod fieret ex ea mundus: et etiam post corruptionem mundi poterit transmutari ut ex ea iterum fiat mundus. Sed si aliquis ponat infinitos mundos: ita seque quod ex quibusdam atomis uno alio modo compositis. fiat hic mundus et ex eisdem vel aliis modo compositis fiat alius mundus: et hoc in infinitum poterit sustineri quod dictum est: seque quod mundus semel corruptus nunquam iterum generetur: quod ex quo possibile est esse alios mundos: ex illis atomis poterit alius mundus constitui: sed si non posset esse mundus nisi unus: sequeretur inconueniens: quod materia in qua mundus solueret: esset adhuc in potentia ut ex ea fieret mundus: un-

**O**stendit quomodo probabant quod sonus eozum esset armoniacus. manifestum est enim et his que in musica traduntur quod velocitas motus facit sonum suauem. tarditas motus facit sonum grauem. determinata autem proportio sicut certos numeros acuti et grauis est causa armonie in sonis. sicut proportio duozum ad unum facit dyapason proportio trium ad duo que dicitur serquialtera facit dyapason. et sic de alijs. Ostensum est autem in premissis quod quanto stella mouetur in maiori circulo. tanto velocius mouetur. Tanto autem est maior circulus in quo mouetur stella quanto in sphaera stellarum fixarum magis distat a polo. in planis autem quanto magis distat a centro. Et ideo sicut proportionem elongationum stellarum abinuicem. siue etiam a centro: vel a polis comprehendebant fieri diuersitatem velocitatum in motibus stellarum. et per consequens acuitatis et grauitatis in sonis earum. Inueniebant autem elongationem siue distantiam esse sicut proportionem numerales. que faciunt musicales consonantias. Et ideo dicebant quod sonus astroz que mouentur in circuitu: est armoniacus. quem vocabant vocem propter hoc quod ponebant corpora celestia esse animata. **C** Deinde cum dicit.

**Q**uoniam autem irrationabile videtur non eo audire nos vocem hanc.

**O**stendit quomodo obuiabant cuidam dubitationi. primo enim ponit dubitationem. Cum enim nos habeamus auditum quo nos sonum percipimus. videtur non esse rationabile quod non audiremus talem magnam vocem si ex motu astroz pueniret. **C** Secundo ibi.

**C**ausam huius dicunt esse genitis confestim erisere sonum. quare non permanent esse ad contrarium silentium adinuicem enim vocis et

silentij esse dijudicationem. Itaque quemadmodum eris malleatoribus propter consuetudinem nihil videtur differre. et hominibus idem accidere.

**O**stendit quomodo huic dubitationi obuiabant. Dicebant enim hanc esse causam. quare hanc vocem non audimus. quia statim cum nascimur coexistit nobis iste sonus et ideo non potest nobis manifestari propter suum oppositum. quod est silentium. hec enim duo scilicet vox et silentium seipsis inuicem dijudicantur et discernuntur unde accidit hominibus de sono celestium corporum. sicut accidit malleatoribus eris qui propter consuetudinem quasi non sentiunt differentiam soni et silentij. eo quod aures eorum sunt implete huiusmodi sono. **C** Tertio ibi.

**H**oc autem quemadmodum dictum est prius: allicienter quidem dicitur et musice. impossibile autem hunc habere modum.

**N**on enim solum nihil audire inconueniens: de quo soluendi assumunt causam. sed et nihil pati sine sensu. excellentes enim soni destruunt etiam inanimatoz corporum moles. puta qui tonitruum dissipat lapides et durabiliora eozum: tantis autem latis et sono pertranscunte ad eas que fertur magnitudines. multo magis necessarium pertingere huc. et validitatem intolerabilem esse violentie.

**I**mprobat dictam responsionem dicens. quod sicut etiam prius diximus. hoc dicitur ab eis allicienter. i. sicut quaedam probabilem rationem que allicit aures hominum et musice. i. sicut musicas rationes. sed non sicut veritatem. Impossibile enim est quod hec hoc modo se habeant. quia si corpora celestia facerent sonos tam magnos. non solum est inconueniens quod nihil eozum audiat. quod ipsi soluere nituntur. sed etiam inconueniens est quod corpora inferiora nihil patiantur ab illis sonis. etiam si eos non sentiant. Videmus enim quod soni excellentes destruunt non solum auditum animalium. sed etiam quedam corpora inanimata. sicut sonus tonitruum frangit lapides. et etiam alia corpora durabiliora sicut ferrum et edificia: et alia huiusmodi. Quod quidem contingit non ita quod corpora inanimata patiantur a sono in quantum est quoddam sensibile per auditum. sed in quantum simul cum sono fit vehemens percussio aeris et motus ipsius. sicut philosophus dicit in secundo de anima. Cum igitur corpora celestia que mouentur sint tam maxime quantitatis. et sonus eozum si sit: oportet quod transcendat sicut excessum sonum tonitruum. et quemlibet alium sonum sicut proportionem magnitudinis corporum celestium. multo magis necessarium est quod sonus celestium corporum usque huc pertingeret. et quod esset intolerabilis fortitudo violentie illius. quam infert in inferioribus corporibus. Etiam alio modo apparet quod eozum solutio non est sufficiens. quia consuetudo audiendi magnos sonos non solum auferit distinctionem illorum sonorum. sed etiam aliorum: sicut malleatores eris non possunt percipere alios sonos minus. Unde si propter consuetudinem non possumus audire sonos celestium corporum pari ratione nec alios sonos audire possemus. Videtur autem sicut simpliciter dicit in commento sustineri posse pitagore positio contra ea que hic Aristoteles dicit. primo quidem quod potest dici quod sonus celestium corporum non sunt corruptiui. sed magis conseruatiui et viuificatiui sicut et motus celi. ut vita quedam omnibus existentibus. ut dicitur in octauo philosophorum. similiter autem quod nos non audimus sonos celestium corporum. hoc non contingit propter consuetudinem. sicut hic dicitur. quia pitagorici dicunt

26.

35.

2cc.  
16.2cc.  
1.

pythagoram talem armoniam quandoq; audisse. qui cō-  
 suctus fuit eam audire sicut et alij. sed hoc accide-  
 re. qz non omnia sensibilia sunt proportionata omnibus  
 sensibus vt ab eis percipi possint. sicut multos odores  
 percipiunt canes. quos homines percipere nō possūt. Et  
 similiter pōt dici qz soni illi non sunt perceptibiles hūano  
 auditui nisi aliquis habeat sensum eleuatum. et depura-  
 tum. sicut habuit pythagoras: quōuis dici possit qz pytha-  
 goras non audiuit huiusmodi sonum per species audi-  
 tus. s. cognoscendo proportionem ex quibus illa armo-  
 nia constituitur. Sed nō vidēt h̄ veritatē habere. pri-  
 mo quidem qz videmus qz h̄ corpora celestia sint cause  
 vite. et precipue sol. tamē fulgor eius corrumpit visus nō  
 strū. propter hoc qz eius proportōes excedit. et eadem ratio-  
 ne sonus qui ex motu illorum corporum proueniret p-  
 pter sui excessū nostrum auditū corrumpere. Secun-  
 do qz sicut intellectus est perceptiuus omnium intelli-  
 bilium. ita sensus ē perceptiuus omnium sensibiliū. visus  
 enim oium visibilibus. et auditus omnium audibilibus.  
 Unde dicitur in tertio de anima. qz alia quodāmodo  
 est oīa s̄m sensum et s̄m intellectū. Unde si esset aliquis  
 auditus qui nō esset perceptiuus cuiuslibet soni: aut opor-  
 teret illum sonū equiuoce dici: aut etiā talem auditum.  
 Potest quidem contingere qz aliquod animal delectetur  
 in aliqua specie sensibilibus s̄m aliquem sensum s̄m quem  
 nō delectatur in ipso aliud animal. sicut homo delectatur  
 s̄m olfactum in odoribus rosarum et liliorum. non autē  
 alia animalia. et huiusmodi odores sunt convenientes  
 hominibus s̄m seiplos. alijs autē animalibus nō con-  
 ueniunt. nec odores delectant canes nisi causa alimentī.  
 sicut nec colores. pōt etiā contingere qz aliqd animal nō  
 cognoscat s̄m aliquem sensum differētiā alienius sen-  
 sibilis ppter sensus debilitatē et sensibilibus puitatē. sicut  
 homo qui est debilis olfactus. nō potest cognoscere dif-  
 ferentiam aliquorum odorum. puta animalū trāscenti-  
 um quos cognoscunt canes. si tamē odores faciūt vehe-  
 mentes: etiam boves eos discernunt. similiter etiam que-  
 dam animalia s̄m visum solis claritatez inspiciunt. quā  
 oculi noctuarum ferre nō possunt propter excellentiam  
 eius: sed vitant eam. sicut visus excellens coloratū tāq;  
 visus corruptiuū. Unde impossibile esset ex motibus ce-  
 lestium corporum puenire sonos tā vehementes. et tamē  
 non perciperentur ab hominibus. vel corrumpere-  
 eorum auditum. Nisi forte dicat qz soni illi equiuoce di-  
 cerentur. Quod videtur consonare positioni simplicij:  
 qui videtur arguere Alexandrum dicētē. qz colores et si  
 qua existunt celestibus corporibus tanq; accidentia et ex-  
 trinsecus aduenientia eis insunt. cōtra quod ipse dicit. qz  
 accidentia et extrinsecus assequentia in corporibus cele-  
 stibus dicere inconuenientissimum existimat. cum habe-  
 ant substantialem et specificam virtutem. videbantur  
 enim qz quia corpora celestia sunt causa formarum sub-  
 stantialium in his inferioribus. nullum accidens in eis  
 esse possit. et s̄m hoc cum sensus non sit cognoscitiuus nisi  
 si accidentium. sequitur qz nihil illorum corporum sen-  
 tire possimus. Unde ipse dicit qz neq; astra ipsa videm;  
 neq; magnitudines ipsorum: aut figuras neq; excellen-  
 tes pulchritudines. sed neq; motum. propter quem est  
 sonus. sed velut illustrationem quandam ipsorum vide-  
 mus talem. velut etiam solis circa terram lumen. non  
 ipse sol videtur. Sed hoc est expressissime falsum. primo  
 quidem quia Aristo. dicit in. ij. de anima qz nou s̄m qz  
 aqua neq; s̄m qz aer dyaphanum est. sed quoniam est  
 natura eadem in his vtriusq;. et in natura superius cor-  
 pore. Et eadem ratione lumen qd est actus dyaphani.  
 est eiusdem nature in inferioribus corporibus. et in cele-  
 sti corpore. si ergo in huiusmodi inferioribus corporib;  
 sint accidentia sensu perceptibilia. pari ratione in corpo-  
 ribus celestibus sunt accidentia perceptibilia sensu. Ad-  
 huc figura et magnitudo sunt entia mathematicalia. quo-

Lec.  
13.

Lec.  
14.

rum rationes sunt indifferentes in quocunq; existant. Si-  
 cut igitur figura et magnitudo inferiorum corporum sunt  
 accidentia sensibilia. ita etiam et in celestibus corpori-  
 bus. Item si hoc esset periret omnis certitudo astrolo-  
 gice scientie que procedit ex apparentibus s̄m sensus cir-  
 ca corpora celestia. quomodo etiā esset possibile qz mo-  
 tus celestium corporum esset eorum substantia. cum sit  
 quid imperfectissimum. sequeretur etiam qz idem esset  
 in sole figura. lumen et motus. cum vnus rei non sit nisi  
 vna substantia. Unde patet omnino impossibile esse qd  
 dicit. Nihil autē prohibet corpora celestia specificas vir-  
 tutem habere. et tamen quedam accidentia in eis esse. nā  
 in inferioribus corporibus sunt quedam accidentalia li-  
 cet in eis sit virtus ad generandum sibi simile in specie.  
 Deinde cum dicit.

Sed rationabiliter neq; audimus. neq; pa-  
 tientia videntur corpora violentam nullaz pas-  
 sionem: propter non sonare. Similiter autem  
 erit et causa horum manifesta. et testimonium di-  
 ctorum nobis sermonum qz sunt veri. Dubita-  
 tum enī et faciens pythagoricos dicere fieri sym-  
 phoniam latoz nobis erit argumētū.

L5.  
54.

Determinat veritatem. et primo proponit quod inten-  
 dit. secundo manifestat propositū ibi. (Quocunq; qui-  
 dem et). Dicit ergo primo qz rationale est. qz non au-  
 dimus sonum celestium corporum. et qz inferiora corpo-  
 ra nullam molestam passionem ab eis patiantur pro-  
 pter hoc qz nullum sonum faciunt. Similiter autem et  
 perfecte manifestabitur causa horum scilicet qz non au-  
 dimus sonos celestium corporum neq; ab eis violentiam  
 patimur si testimonium acciperemus s̄m veritatem pri-  
 morum sermonum. s. qz stelle non mouentur per seipias.  
 Illud enim qz erat dubium circa sermones pythagorico-  
 rum dicentium symphoniā. i. consonantiam musicalem  
 ex motu celestium corporum fieri crit nobis argumētū qz  
 stelle nō per se mouentur. Deinde cū dicit.

Quocunq; quidem enim s̄m seipsa feruntur  
 faciunt sonum et plagam. Quocunq; autem in  
 lato infra sunt: aut existunt. quemadmodum in  
 nauis partes non possibile est sonare. Neq; rur-  
 sus nauis si feratur in flumio.

Quamuis eisdem rationibus utiq; habebit  
 dicere qz inconueniens. si non qui fertur ma-  
 lus et pupis facit sonum multum tante nauis. aut  
 iterum ipsa nauis mota. Quod autem in non  
 lato fertur facit sonum. In lato autem continue  
 et non facienti plagam impossibile sonare.

L6.  
55.

Quare hic dicendum. qz si quidem fereban-  
 tur corpora horum. siue in aeris multitudine  
 expansa per totum siue ignis quemadmodum  
 omnes necessariam facere super naturales ma-  
 gnitudinem sonum. Hoc autem factū. et huc p-  
 tingere et perimere. Itaq; quoniam non vide-  
 tur hoc accidens. neq; utiq; animata. neq; vio-  
 lenta feretur latione nullum ipsorum.

L6.  
56.

Manifestat propositum. et primo ex ratione sumpta ex  
 causa effectiua soni. scdo ex ea finali ibi. (Velut futur).  
 Dicit ergo primo qz quocunq; corpa in his inferioribus  
 s̄m seipsa localiter mouentur. faciūt sonum in quātū faci-  
 unt plagam. i. aeris percussuram. sed quocunq; corpora  
 non mouentur s̄m seipsa. sed sunt infra: aut qualiter-  
 cunq; existunt in corpore quod localiter fertur. talia nō  
 est possibile



est possibile sonare. sicut homines qui sedent in navi non sonant navi mota. neque partes navis que sunt navi fortiter infire sonant ad motum navis nisi propter debilitatem coniunctionis. et cum navis conquassatur. neque etiam videmus quod navis sonum faciat. si fertur in fluvio currenti. ita tamen quod motus navis non fit per seipsum: sed solum per motum aque. Si vero sit velocior motus navis quam motus aque: tunc in quantum dividit aquam sonabit. Et tamen secundum easdem rationes quibus pithagorici assererant celestia corpora sonum facere. poterit aliis dicere inconueniens esse. si malus. i. arbor navis et puppis cum habeat tantam magnitudinem non faciant sonus. vel etiam ipsa navis cum mouetur in fluvio moto. Intelligendum tamen est quod hic excluditur sonus qui contingit ex diuisione aque. non autem sonus si quis sit ex diuisione aeris quantum ad partem navis que aque superuenit quod precipue apparet. quando aer contra resistit per impulsum venti. sed illud quod mouetur localiter per se seipsum. non in aliquo corpore quod fertur. ita quod non faciat aliquam percussuram: impossibile est sonare. Et dicendum est ergo quod si corpora stellarum per se mouerentur: siue in aeris multitudine: siue intelligamus aerem per totum mundum diffusum: siue etiam in multitudine ignis. sicut omnes dicunt assignantes supremum locum iter corpora igni: necesse est quod faciant stelle suo motu sonum super omnem magnitudinem naturalis soni. Quod quidem si fieret sequeretur quod sonus ille usque huc pertingeret. et non solum audiretur a nobis. sed etiam corrumperet corpora que sunt hic. Sed quod hoc non videmus contingere. consequens est quod nulla stellarum moueat per seipsum. neque motu violento. neque motu qui fit ab anima. Non enim possent moueri stelle per seipsas. nisi facerent diuisionem vel ipsarum sperarum celestium: vel aliquorum corporum celestium intermediorum. Ipse autem spera mouetur per seipsas. nec tamen aliquod corpus diuidunt. Cuius de etiam ex eorum motu nullus provenit sonus. Patet etiam quod per hoc quod philosophus hic dicit. Excludit imaginationem quorundam existimantium quod stelle non mouentur in speris. sed in quibusdam corporibus medijs. puta aere vel igne: aut aliquo humido. Et deum cum dicitur.

¶ Velut futurum prouidente natura. quoniam non hoc modo se habent motu. nihil utique erit circa hunc locum similiter habens. Quod igitur sperica sunt astra. et non mouentur per seipsa dictum est.

¶ Ostendit idem ex causa finali. Ideo enim natura non dedit stellis motum per se et per consequens nec sonos. ac si prouidisset quod nisi ita se haberet motus stellarum quod non mouerentur per se. sed solum per motum sperarum. sequeretur hoc inconueniens quod nihil in his inferioribus esset similiter se habens quasi per aliquod tempus in suo esse conseruatum. Datur autem per hoc intelligi. sicut Alexander notat quod Aristoteles hic sentit quod deus habet prouidentiam de his que sunt hic inferius. non enim potest nature attribui prouidentia secundum quod est quedam virtus in corporibus. sed solum per comparisonem ad intellectum instrumentem naturam. Ultimo autem epilogo do concludit dictum esse quod stelle sunt sperice figure. et non mouentur per seipsas.

L5.  
57.

Et ordine autem ipsorum quo quidem modo singula ponuntur: et hec quidem esse priora. hec autem posteriora. et quomodo se habent adiuuantes elongationibus. ex his que circa astrologiam considerat: dicitur enim sufficienter.

¶ Lectio.



Ostendit philosophus determinauit de natura et motu stellarum hic determinat de ordine et situ earum et maxime quantum ad planetas. Nam de stellis fixis manifestum est quod omnes sunt in suprema spera situate. Et circa hoc duo facit. primo ostendit quod circa hoc naturalis a mathematico supponere debeat. secundo ostendit quid circa hoc proprie ad considerationem naturalis pertinebat ibi. (Accidit autem et). Ostendit ergo primo quod de ordine stellarum quo modo singule sint dispositae. ita quod quedam sunt priora: et quedam posteriores. i. superiores et inferiores: et quo modo se habeant adiuuantes secundum elongationes id est quantum una distet ab alia. considerandum est ex his que dicuntur in astrologia ubi de his sufficienter determinatur. hec enim non possunt cognosci per principia naturalis philosophie. sed per principia mathematice. i. per proportionem magnitudinum. dicitur autem Anaximander primo inuenisse rationem in magnitudinibus stellarum: et distantijs earum abinuicem et a terra. ordinem autem planetarum dicitur primo pithagorici deprehendisse. quibus cum maiori diligentia. et perfectiori sit considerata per yparcum et ptolomeum. Deinde cum dicit.

¶ Accidit autem secundum rationem fieri vniuersumque motus elongationibus propter hos quidem esse velociores: hos autem tardiores. Quonia enim supponitur extremam celi circulationem simplicem esse et velocissimam: aliorum autem tardiores et plures. vniuersumque enim contra fertur celi secundum simplicem circulum. rationabile iam propinquissimo quidem simplici et prime circulationi in plurimo tempore pertransire simplicem circulum maxime autem distanti in minimo. aliorum autem semper in pluri. Distantius autem in minori. propinquissimo enim maxime preualet. Distanti autem maxime omnium minime propter distantiam. In media autem secundum rationem iam distantie sicut etiam ostendunt mathematici.

L5.  
58.

¶ Ostendit quid circa hoc pertineat ad considerationem naturalis scilicet velocitas et tarditas in motibus eorum dicit ergo quod rationabiliter accidit quod motus quarumlibet stellarum secundum proportionem elongationis earum a prima spera et a terra sunt velociores et tardiores. supponimus enim tanquam sensu apparens quod suprema celi circulatione sit simplex. id est non composita pluribus motibus quia in ea nulla irregularitas apparet. et etiam velocissima: utpote que in breuissimo tempore scilicet spacio vniuersi diei circuit maximum circulum continentem totum. circulationes autem planetarum sunt tardiores: et plures non solum. quia diuersorum planetarum diuersi sunt motus. sed etiam quia motus vniuersumque planetarum ex diuersis motibus constituitur. vniuersumque enim planetarum secundum proprium motum in suo circulo fertur in contrarium motus primi celi large accipiendo contrarietatem. Nam enim in motibus circularibus est proprie contrarietas. sicut in primo habitus est. quod n. motus primi celi fit ab oriente in occidentem. motus planetarum in proprijs circularibus sunt ab occidentem in orientem. vniuersumque rationabile est quod planeta que est propinquissima simplici et prime circulationi que fertur in suo circulo in plurimo tempore pertransit proprium circulum sicut saturnus in 30. annis sui circulum pergit. planeta autem maxime distans a suprema spera. i. luna in minori tempore pergit circuitum suum. i. in spacio vniuersi mensis vel minori. Inter alios autem planetas propinquior supreme sperae semper in maiori tempore circuitum suum pertransit sicut iuppiter in. xij. annis. Mars in duobus. venus: mercurius: et sol fere in anno. Et sic id quod magis di-

stat a suprema sphaera in minori tempore pertransit sui circulum. quia prima sphaera maxime preualet planete sibi propinquissimo. et hoc motus contrarius fit tardior. Ad la nete autem maxime distanti minime preualet pro eius distantia. et ideo motus contrarius in eo est velocior. scilicet in luna. Intermedius autem planete se habet secundum rationem distantie: sicut mathematici ostendunt. ita. scilicet quod superiores planete tardius mouentur in suis propriis motibus. Sed quantum ad motum quo mouentur motu primi mobilis. quanto sunt superiores. tanto velociores sunt ut supra habitum est. Et videtur etiam ex hoc quod Aristoteles hic dicit quod in corporibus celestibus sit aliquid violentius. si motus planetarum propinquorum supremae sphaere efficiuntur tardior ex hoc quod preualet magis super ipsos motus proprie sphaere. pro propinquitate. si autem est ibi aliquid violentius. legitur quod motus illi non sint sempiternae durationis. sic se habent. ut Aristoteles vult. Nihil enim violentius potest esse sempiternum. ut supra habitum est. Et videtur igitur ad hoc Alexander quod violentia supremae sphaere facit quod in propinquioribus planetis necessitate tarditatis. non tamen violentiam. motus enim illi celestes sunt secundum intellectum et voluntatem. In motibus autem voluntariis non est violentus secundum voluntatem etiam si sint cum necessitate quadam. Est autem voluntas moueris super primum planetam ad hoc quod moueat suum mobile secundum consequentiam ad motum superioris mobilis cui desiderat similitudinem. unde non requirit tarditatem illam motus primi planete esse violentam. Sed hoc totaliter non soluit dubitationem. ita ut saluaretur principia ab Aristotele. supposita quod ponit quod corpus maius velocius moueat proprio motu et naturali. Unde si ille motus quo planeta mouetur in proprio circulo est proprius et naturalis consequens est quod sphaera superioris planete cum sit maior velocius moueat proprio motu. similiter etiam non videtur ordinis consequentia seruari. si corpus quod est remotius a terra immobili. propinquius autem velocissimo motu primi mobilis. tardius in suo proprio motu moueatur. Unde et alij dixerunt quod in celo non est nisi unus motus. scilicet quo totus celus revoluitur per motum primi mobilis ab oriente in occidentem. et quantum ad hunc motum superius corpus est velocius motus. non solum quantum ad magnitudinem circuli. sed etiam quantum ad temporis breuitatem. ita scilicet quod superior sphaera in minori tempore percurrat maiorem circulum. et hoc est quod inferior stella deficit a regrediendo ad idem punctum secundum tempus. non quod in contrarium primi motus moueat. Quod secundum hoc saluatur quod ex hoc ipso quod superior planeta parum deficit ab attingente primum motum. inferior autem plus. superior planeta est velocior: et inferior tardior. et hoc quod pertholomeus ostendit si motus planetarum continetur fieri super circulos eque distantes ab aequinoctiali. et super eosdem polos. Cuius contrarius apparet planetis declinationibus quibus ad septentrionem: quibus ad meridiem. Unde magis videtur quod planete derelinquantur a primo motu sit secundum alium motum planetarum quo mouentur ab occidente in orientem quod secundum solam deficientiam a primo motu secundum quam videtur superior planeta tardius moueri. Quibus autem causam assignat Alexander aliam praeter eam quam hic assignat Aristoteles. ex praualentia primi motus. dicit enim quod id planeta superior in maiori tempore peragat circulum suum. non propter tarditatem motus sed propter magnitudinem circuli. potest enim id quod in minori tempore mouetur esse velocius. vel eque velocius. si maior sit excessus magnitudinis quod pertransit. vel equalis quod excessus temporis. Sed istud non apparet in planetis. Cum enim saturnus peragat circulum suum in 30. annis. luna vero quasi in mense. opus quod proportio magnitudinis sphaerae saturni ad sphaeram lune esset secundum proportionem praedictorum temporum. vel etiam maior quod nec hic videtur nec in alijs planetis. Unde dicendum videtur quod in universo est duplicem naturam considerare. scilicet naturam sempiternae permanentie que est maxime in substantijs separatis. et naturam generabilem et corruptibilem. que est in inferioribus corporibus. Corpora autem celestia cum sint media utroque aliquantulum participant secundum duos motus. Nam primus motus qui est

diurnus est causa sempiternae durationis in rebus. secundus autem motus qui est in circulo obliquo ab occidente in orientem est causa generationis et corruptionis. et aliarum transmutationum. ut patet per philosophum in ii. metaphisice. Et primum igitur mobile tanquam propinquissime et nobilissime nature in substantijs separatis habet solum primum motum qui pertinet ad naturam uniformitatis alia vero corpora celestia in quantum magis recedunt a substantijs immobilibus. appropinquando substantijs generabilibus et corruptibilibus. aliquid precipant de motu illo qui pertinet ad naturam uniformitatis. et tanto minus quantum corpus est superius et nobilius. Sic igitur superior planeta. scilicet saturnus minime habet de secundo motu propter nobilitatem suae nature. Unde hic motus in eo est tardior. Luna autem propter propinquitatem suae nature ad corpora generabilia et corruptibilia. plurimum participat de secundo motu. qui est in ea velocissimus. medius autem planete medio modo se habet. Nam iuppiter qui est immediate sub saturno paragit circulum suum proprio motu circa. xij. annos. Mars vero circa duos. sol venus et mercurius fere uniformiter. scilicet per annos. nec tamen oportet sit proportio velocitatis sed proportio ne distantiarum. quia motus celestes non solum sunt naturales. sed voluntarii. et pro fine desiderati. Et id in quantum motus illi sunt naturales. hoc ceterum in eis inuenitur quod superiores planete sunt tardioris motus. In quantum vero motus eorum sunt voluntarii variatur proportio velocitatis eorum in speciali non secundum proportionem distantie. sed secundum id quod melius est. Unde quod motus venis et mercurij: quasi colligantur motui solis. utpote ei deservientes ad productionem sui effectus: quasi uniformiter cum ipso mouentur. Sic igitur quod Aristoteles dicit quod supra sphaera plus preualet in supremum planetam. et minus in remotum. non est secundum aliquam coartationem. sed secundum naturalem impressionem in quantum natura superioris magis precipitat ad quod est ei propinquius quod quod est ei remotius. sic igitur saluantur principia Aristotele. Nam si planeta sit uterque motus naturalis et diurnus. et quod est in proprio circulo. tamen motus diurnus est ei naturalis secundum id quod est dignius in sua natura. Et id solum secundum istum modum saluatur principium Aristotele. quod corpus maius velocius mouetur. si cut in hodie in quo est natura sensitiva et intellectiva. dicitur quod quanto homo est dignior. tanto magis habet de motu dignioris nature. scilicet intellective. minus autem de motu indignioris scilicet sensitivae.

Lec. 6.

Lec. 3.

Lec. 4.

Lec. 59.

**H**auriam autem uniuscuiusque astrorum sphaericae maxime utique quis rationaliter existimabit. Quoniam enim ostensum est. quia non nata sunt moveri per seipsa. natura autem nihil irrationabiliter neque frustra facit. palam quia et figuram talem dedit immobilibus. que minime est motiva. Minime autem est motiva sphaera propter nullum habere organum ad motum. palam quia sphaerica utique erunt mole. **Lectio. xvj.**

**I**stos philosophus determinavit de natura motus et positione stellarum. hic determinat de figura earum. Et circa hoc duo facit. primo ostendit stellas esse figure sphaerice per rationem. secundo per ea que sensibilibus apparent ibi. (Adhuc autem similiter quidem etc.). Dicit ergo primo quod aliquis potest rationaliter existimare figuram uniuscuiusque stelle esse sphaericam. non solum propter hoc quod sunt de natura celi. ut supra probavit. sed etiam. quia supra ostensum est quod stelle non sunt nate moveri per seipsas. sed mouentur motibus circularibus sive sphaerice. natura autem nihil facit irrationabiliter neque frustra. quia tota nature operatio est ordinata ab aliquo intellectu propter finem operum. Unde manifestus est quod stellis immobilibus. id est que per se non mouentur. dedit talem figuram que minime est apta ad motum progressivum. talis autem ut supra dixit est figura sphaerica. propter

ea propter hoc q[ue] nullum habet organu[m] deseruiens ad motum progressiuum licet talis figura sit maxime apta ad motum circularem quo aliquid s[ecundu]m totum non mutat locum. Unde manifestum est q[ue] stelle s[ecundu]m mole[m] sue magnitudinis sunt spherice figure. ¶ Videtur autem hec probatio non esse conueniens. nam supra probauit Aristo. stellas non moueri per se ipsas ex eo q[ue] sunt spherice figure. unde cum hic probet econtra q[ue] sunt spherice figure per hoc q[ue] sunt immobiles s[ecundu]m se ipsas. videtur q[ue] sit probatio circularis. Respondet autem ad hoc Alexander q[ue] ex hoc nullum sequitur inconueniens. q[ue] Aristo. probauit stellas non moueri per se ipsas non solum per hoc q[ue] sunt spherice figure. sed etiam per quedam alia media. 7 non solum per hoc q[ue] sunt s[ecundu]m se immobiles. Obicit autem contra hoc simplicius q[ue] non impeditur ratio singularis demonstrationis per hoc q[ue] vtraq[ue] conclusio pluribus medijs ostenditur. ¶ Sed dicendum est q[ue] licet per hoc non tollatur ratio circularis demonstrationis. tollitur tamen inconueniens quod ex circulari demonstratione contingit. vt. si nihil manifestet. quia non potest aliquid manifestari nisi per notius. Ad potest autem idem esse notius 7 minus notu[m]. sed du[m] vtraq[ue] conclusio per alia media manifestat vna potest sumi vt manifestat alterius ad ostendendu[m] conuertibilitate[m] conclusionum. ¶ Deinde cu[m] dicit.


¶ Adhuc autem similiter quidem omnia 7 vnu[m]. Luna autem ostenditur per ea que circa visum quoniam spherica. Non enim vtiq[ue] fieret crescens 7 deficiens plurimum quidem lunaris aut amphitritos simul aut dicothomos. Et iterum per astrologica. quia non vtiq[ue] essent solis eclipses lunulares. Itaq[ue] siquidem vnum tale: palas q[ue] 7 vtiq[ue] alia erunt spherica.

¶ Ponit aliam ratione[m] ad idem que sumitur ex his que sensibilibus apparent. 7 supponit q[ue] omnia astra similiter se habent. sicut vnum. ostendit autem de vno eorum scilicet de luna per ea que sensibilibus videntur q[ue] sit spherice figure. 7 hoc quidem ostendit dupliciter. primo quidem per ea que communiter ab omnibus considerantur id est ex figuris quas luna mutat ex augmento 7 decremento s[ecundu]m plurimum quidem annularis. vel nouacule habens figuram. dicitur autem luna dicothoma s[ecundu]m quodam quando est plena. quia tunc mensem diuidit in duo media. dicothomos dicitur a diuisione in duo. sed hoc repugnat ei quod infra dicit. q[ue] lunam vidimus dicothomam existentem subintrantem martem. 7 occultantem s[ecundu]m nigrum ipsius. exeuntem autem s[ecundu]m clarum 7 lucidum. Et ex hoc patet q[ue] dicothoma dicitur luna quando superficies eius que est versus nos in duas partes diuiditur. ita q[ue] media pars eius est obscura: media clara. 7 sic etiam accipitur hoc nomen in libro syntheseos ptholomei translato de greco. Est ergo considerandus q[ue] Aristo. non facit hic mentionem de figura lune quam habet in principio: aut termino augmenti seu decrementi. sed solum de ea quam habet cum crescit: aut diminuitur. Semper enim cum luna sit spherice figure: vnu[m] eius hemispherium illuminatur a sole 7 aliud remanet obumbratum. quando ergo luna est in coniunctione ad solem totum superius hemispherium quod directe a sole respicitur illuminatur a sole. ita q[ue] inferius hemispherium remanet occultatum. 7 tunc videtur luna nobis obumbrata 7 obscurata. paulatim autem luna recedente a sole superius hemispherium ab vna parte sua qua magis distat a sole definit illustrari. 7 s[ecundu]m eandem quantitatem incipit illustrari hemispherium inferius 7 tunc videtur luna figura annularis. i. arcuosa. 7 hoc procedit quousq[ue] distet a sole s[ecundu]m quadraturam circuli. i. s[ecundu]m quartam par-

tem circuli. 7 tunc videtur superficies eius que est versus nos ex media parte obscurata. 7 ex media parte clara: quod est causa esse dicothomam: postmodum autem accedens ad solis oppo[n]em i opposito maior pars inferioris hemispherij et incipit illustrari a sole. 7 tunc v[er]o amphitritos quousq[ue] sit in oppositione ad solem. Tunc enim totu[m] hemispheriu[m] eius inferius illustratur a sole 7 dicitur plena. postmodum v[er]o paulatim in oppositu[m] incipit deficere. 7 sit amphitritos quousq[ue] distet s[ecundu]m quadratam partem. 7 tunc dicitur dicothoma quasi ex media parte clara. cuius claritas postmodum durat vsq[ue] ad coniunctionem. Sic igitur patet q[ue] in augmento s[ecundu]m plurimum luna est arcualis seu lunularis aut amphitritos. sed solum in augmento est dicothoma 7 solum in decremento. quando. s. distat a sole s[ecundu]m quartam partem circuli. hoc autem non contingeret si luna non esset spherice figure. Manifestum est enim q[ue] si superficies eius que est versus nos esset tota plena: simul inciperet illustrari a sole 7 non successiue: etiam obscurari per continuum augmentum 7 decrementum. Ex quo manifestum est q[ue] habet sphericam tumoresitatem per qua[m] contingit q[ue] paulatim augetur eius claritas vel obscuritas. quod non contingeret circa eam si esset alterius figure q[ue] spherice. Secundo ostendit idem per astrologica obseruationes. ex quibus manifestatur q[ue] eclipses solis sunt lunulares. i. arcuales. Incipit enim sol obscurari s[ecundu]m arcualem figuram per interpositionem lune inter nos 7 solem. q[ue] non contingeret nisi luna esset spherice figure. Corpora enim spherica seinuicem secant s[ecundu]m arcuales sectiones vt a metha. probatur. Sic igitur si vnum astrum est tale scilicet luna consequens est q[ue] omnia etiam alia astra sint spherice figure. Quod quidem fundat supra hoc q[ue] omnes stelle sunt eiusdem nature. dicit autem auerrois in suo commento q[ue] sunt eiusdem nature in specie. ita q[ue] omnes stelle sunt sicut indiuidua eiusdem speciei. Quod quidem manifeste est falsu[m]. primo quidem quia si essent eiusdem speciei haberet easdem speciei operationes 7 eosdem effectus sicut patet in omnibus rebus naturalibus eiusdem speciei. secundo quia cum motus celestium corporum sint naturales: sequitur q[ue] omnia corpora celestia haberent vniiformes motus. quod patet esse falsu[m]. Tum de planetis per comparationem adinuicem. Tum per comparationem ad stellas fixas. Tertio quia hoc repugnat perfectioni celestium corporum. probauit enim in primo Ari. q[ue] vniuersum est perfectum. eo q[ue] est vnu[m]. ¶ Cuius enim est in vna specie. Et hoc enim apparet q[ue] constat ex tota ma[n]e sue speciei. Unde 7 hoc ad perfectionem celestiu[m] corporum pertinet q[ue] sit vnum solu[m] in vna specie. Videmus enim in inferioribus corporibus multa indiuidua esse vnius speciei propter aliquam ipotentiam. Vel q[ue] vnum indiuiduum no[n] potest semper durare. Unde op[er]e q[ue] species conseruentur per successione[m] indiuiduor[um] in eadem specie. Tum etia[m] q[ue] vnu[m] non suscipit perfectam operationem speciei. sicut maxime p[er] in hominibus. quor[um] vnus iuuatur ab alio in sua operatione. pertinet etiam magis ad perfectione[m] vniuscuiusq[ue] multiplicatio[m] specier[um] cuz sit formal[is] q[ue] multiplicatio indiuiduor[um] cu[m] sit malis. Id est ratione quam inducit esse ridiculosam. Dicit enim q[ue] si essent diuersa corpora celestia diuerse spes vnius generis sequeretur q[ue] corpora celestia essent materialia. hoc. n. multo magis sequitur si ponamus sicut ipse vult diuersa corpora celestia esse sicut diuersa indiuidua vnius speciei. quia multiplicatio indiuiduorum in vna specie fit per diuisione[m] materie. q[ue]uis non oporteat a corporibus celestibus totaliter materiam excludere. Non sequitur etiam si corpora celestia habeant materiam q[ue] sint generabilia 7 corruptibilia. vt in p[ri]mo habitum est. Sic igitur dicendum est q[ue] corpora celestia sunt vnius nature s[ecundu]m genus. diuersarum autem naturarum s[ecundu]m speciem. figura autem spherica sequitur in eis naturam generis. sicut 7 motus circularis.

*An. astra sunt vni[us] sp[eci]ei*

Lecc. 2.



25.  
60.

**H**abes autem dubitationibus entibus de quibus merito utiqz quilibet dubitabit tentandum dicere q̄ videtur dignū esse reputantes prumptitudinem magis imputari verecūdie q̄ audacie. si quis propter philosophiam stare & paruas sufficientias diligit. de quibus maximas habem⁹ dubitatides. **Lectio. xvij.**

**R**ostū determinavit p̄hs de stellis ostēdēs eaz naturā: motū: ordinē: & figurā hic soluit quasdā dubitationes circa p̄dicta. Et circa hoc duo facit. primo ponit quæstiones. secundo soluit eas ibi. (Sed nos vt de corpibus &c). Circa primū tria fac. p̄ excusat se a presūptione p̄tractandi has difficiles q̄nēs. sc̄do mouet eas ibi. (Adhuc alit &c). tertio ostēdit q̄nū difficultatē ibi. (De

his q̄dē &c). Dicit ergo primo cū circa stellas sint dubitatides. id q̄ nobis videt. ita. s. q̄ nos dignū esse oē q̄d p̄mptitudo hoīs p̄siderātis h̄mōi q̄nēs magis debeat imputari verecūdie. i. honestati vel modestie q̄ audacie. i. p̄sumptioni. s̄ debet ille q̄ h̄mōi dubitatides considerat diligere p̄uas sufficientias. i. p̄as sufficientes rōnes ad inueniēdū de illis reb⁹ de q̄bus h̄emus maximas dubitatides. & hoc p̄pter desiderū. q̄d quis h̄s ad p̄biam. vt s. p̄incipia stēt. i. sic p̄maneāt. **C** Deinde cum dicit. **Adhuc autem multis existentibus talibus. nō minime mirabile. propterquam quidem causas non semper plus distantia a prima latōne mouentur pluribus motibus. sed intermedia plurimis. Rationabile utiqz videbitur esse primo corpore vna latōne latōne propinquissimum in minus moueri motibus. puta duobus. habitu autem tribus aut aliquo alio tali ordine. P̄unc autem**

aut accidit contrarium: paucioribus enim sol et luna mouentur motibus erraticorum astrozum quaedam quamuis longius a medio et propinquius primo corpori super ipsis.

Adouet dubitationes duas. quarum secunda incipit ibi. (Et hoc itaqz etc). Circa primum duo facit. primum mouet quod non est probatum quod supposuerat ibi. (Palala aut de globis etc). Circa primum tria consideranda sunt ad intellectum huius dubitationis: quorum primum est quod Ari. alium ordinem videtur assignare planetarum quod astrologi in seipso. In se enim astrologi supremum planetarum dicit esse saturnum primum que post fuerit iouem. loco martem: quarto sole: quinto venerem: sexto mercurium: septimo lunam. Astrologi autem qui fuerunt tempore platonis et Arist. mutauerunt hunc ordinem quantum ad sole ponentes eum immediatum supra lunam sub venerem et mercurio: quam positionem Arist. legit: sed ptholomeus postea hunc ordinem corripuit ostendens verum esse quod anaxagoras inducit: que etiam moderni astrologi sequuntur. Secundo considerandum est quod circa motus planetarum quedam anomalie: id est irregularitates apparent. puta. si planetarum quibus velociores quibus tardiores: quibus stationarij: quibus retrogradi videtur. Quod quidem non videtur esse conueniens celestibus motibus. ut in supra dictis p. 3. et ideo prius plato hanc dubitationem eudoro sui temporis astrologo proposuit qui huiusmodi irregularitates conat est ad rectum ordinem adducere ad signandos diuersos motus planetarum: quod est postremum astrologi diuersum de facere conati sunt: illos autem super positiones que adinuenerunt non est necessarium esse veras: sed in talibus suppositionibus factis appareat solueri: si tamen ostendat has suppositiones esse veras. quod forte secundum aliquem alium modum nondum ab hominibus probatum apparerit circa stellas saluatur. Arist. tamen videtur huiusmodi suppositionem ad quietatem motuum tantum veris. Tercium considerandum est quod circa sole et luna non apparerit tot irregularitatum genera sicut circa alios planetas. Intra sole et luna non quod apparerit statio seu retrogradatio sicut in alijs planetis sed solis velocitas et tarditas et et eudor: qui prius conat est has irregularitates dirigere ad instantiam platonis: pauciores motus assignauit soli et lune: quos dicit esse istos planetas: quibus superioribus planetis: quorum unicuique assignabat quattuor motus. scilicet tres speras reuoluentes corpus stelle in firmamento in infima eorum: ita scilicet quod prima spera mouet corpus stelle ab oriente in occidentem secundum motum diurnum. secunda mouet corpus stelle e contra ab occidentem in orientem in zodiaco: quod dicitur motus longitudo. et tertia spera mouet corpus stelle motu latitudinis scilicet quod pertingit quod stella quibus est australior: quibus borealior in zodiaco: proponerent autem polos huius tertie spere esse in zodiaco. Cuius sequitur quod circuli maior equidistant ab utroque polo transiret per polos zodiaci: ex quo ita videbatur quod planetarum secundum latitudinis motum quibus puenirent quibus ad polos zodiaci. quod tamen non quibus apparerit. unde proponerent quibus spera moueret stellam in huiusmodi motu. ita quod non quibus puenit ad polos zodiaci: soli autem et lune non attribuit motum huius tertie spere: sed apperentiam eorum conat est saluare solu ponendo tres speras proportionales primis quibuslibet speris planetarum. Ita tamen quod luna habet maiorem motum latitudinis quam sol: sic expositum est in. xij. met. hanc quidem rationem habet Arist. quoniam format. et dicit quod cum multa sint talia dubitabilia circa stellas minime videtur mirabile propter quam casus sunt spiritus astra que plus distant a motu prime sperae mouentur pluribus motibus: sed in intermedia mouentur pluribus. scilicet quibus planetarum quibus hanc positionem eudori mouentur quatuor motibus. rationabile utique est esse videtur quod prima spera moueat vno solo motu: quod astrum eius pinguis moueat paucissimis motibus: puta duobus habitum autem. scilicet sequenter se hanc moueat tribus: videlicet quibus tali ordine progrediat. Sed nunc accidit contrarium secundum ponere eudori secundum que sol et luna mouentur paucioribus motibus. id est sol tribus quibus quedam stellarum erraticorum quibus ponebat hanc quatuor motus: quibus quibus planetarum longitudo distent a medio mundi. id est terre et appropinquates sunt primo corpori. id est summe sperae ipsius. id est sol et luna: hanc opinionem quod habebat tempore Arist. et platonis

Est autem ysteri sciendum. quod secundum suppositiones eudori non poterat ois apparatus circa stellas saluari. quod autem astrologus Calip. noie ad instantiam Arist. corripit eudori suppositiones: addens quod marti et mercurio unicuique vna spera. et vno motu. soli autem et lune unicuique duos. et sic saturno et ioui assignauit quatuor motus. unicuique autem inferiorum planetarum quibus. et sic non haberet locum dubitatio quam habet mouet Arist. quod superiores planetarum secundum hunc modum paucioribus motibus mouentur quam inferiores. ponebat autem unicuique planetarum quedam alias speras reuolutes: ut expositum est in. xij. metha. secundum hanc positionem ponebat oia apparatus de stellis saluari precipue quantum ad propinquitate et remotionem stellarum a nobis deprehendit: ex hoc quod planetarum eadem dispositione actus existere quibus minores videntur: sicut et icome niens videbat quod tanta multitudo sperarum ad motum planetarum decurreret. et precipue videbat superfluum quod cuiuslibet planetarum attribueret vna spera que ipsas reuolueret ab oriente in occidentem motu diurno: cum hoc casu possit suprema spera totum celum hoc motu reuolueri. In hoc apparerit et ptholomeus posuerit unicuique planetarum sola spera: quam posuerit etiam esse supreme sperae eccentricas: et hanc aliam certam partem terrarum. ita quod cum planeta est in ipsa spera magis distante a nobis: corpus planetarum minus videtur et tardioris motus. Cum autem est in opposita parte videtur magis et velocioris motus: propter hoc posuerit quosdam paruos circulos: quos epiciclos dicit quod mouentur super huiusmodi speris. ita quod corpora planetarum in huiusmodi epiciclis mouentur non tantum fixa in huiusmodi circulis: sed quasi motu propinquissimo eos regulans. Si igitur preter motum diurnum que in celo attribuitur et motu prime sperae quatuor planetarum. scilicet saturno: ioui: marti: et veneri attribuit tres motus: quorum vnum est secundum que corpus stelle circuit epicicli. secundus est hanc que centrum epicicli circuit sperae. tertius autem est secundum que ipsa spera mouet ab occidentem in orientem quibuslibet centrum ante gradu vno secundum motum stellarum fixarum quod dicitur motus in gradu vno secundum motum stellarum fixarum: quod quidem dicitur motus augis vel appagiri. id est maxime distantie in circulo eccentrico: super autem tres motus addunt quartum motum mercurio: quo dicitur certam sperae ipsius moueri in quedam circulo paruo. circa certam mundi: quos et quatuor motus attribuit lune supaddentes ei quintum. Cum enim circulus sperae lunaris super que intelligitur moueri certam epicicli cuius declinet a zodiaco ad meridiem: et septentrionem: necesse est quod huiusmodi circulus fecerit zodiacum in duobus punctis: quod dicuntur nodi siue caput et cauda: in quibus tamen locis luna existere potest pertingere eclipses lunares et solares: quod non semper contingit in eadem parte circuli. et ideo ex hoc quantum motum in luna habet predicti nodi mouentur quod dicitur motus capitum et caude. corpus autem solis non dicitur moueri in aliquo epiciclo: sed in suo eccentrico. Cuius attribuit soli nisi duos motus. vnum. scilicet corpus solis mouet in eccentrico. et alium est motus augis que attribuitur sperae solis sic attribuit speris aliorum planetarum: et sic patet quod de secundum hanc positionem procedit dubitatio quam habet Arist. mouet. nam hanc positionem mercurii et luna qui sunt infimi planetarum habent plures motus: sol autem quibus ponunt medium habet paucissimos. alij vero planetarum medio modo se habent. Deinde cum dicit.

Palala autem hoc de quibusdam est visu factum est. Luna enim videmus dicotomam quidem existente: subintrante autem astroz martis: et occultatum quidem secundum nigrum ipsius: excurrentem autem hanc clarum et lucidum. Probatur quod quaedam quod supposuerat. id est ordinem planetarum esse quod dixerat. et primo quidem probatur hoc quantum ad aliquod partem id quod ipse viderat. et dicit quod ordo quorundam planetarum manifestus est etiam visu: dicit enim se vidisse quod luna dicotoma existens id est ex media parte illuminata subintravit stellam martis. nam ipsa est velocioris motus quam est mars. et luna secundum nigritatem situm: id est secundum illam partem ex qua

2.7.

2.7.

b

erat obscura deculcauit marte: qd mars eruit sub luna pertranscunte ipsum fm partem lune claram & lucidam  
 Secunda cum dicit.

**S**ilr at & de alijs astris dicit: qui dudū obser-  
 uauerūt ex plurib⁹ anis egyptij & babilōij a qui-  
 bus multas crudelitates habem⁹ de vnoquoqz  
 astrozum.

**M**anifestat ordinē planetarū q̄ntū ad alia p ea q̄ alijs  
 viderūt: & dicit qd silr de ordine planetarū aliorū dicit  
 vidisse illi qui a multis temporib⁹ retro talia obseruaue-  
 runt per multos annos. s. egyptij & babilōij: quoz stu-  
 dium maxime fuit circa astrologiā: ex quoz dicitis ha-  
 bemus multas crudelitates de vnaquaqz stellaz. s. ob-  
 seruationes eoz. **D**einde cum dicit.

25.  
61.

**E**t hoc itaqz merito dubitauit utiqz alijs: & p-  
 pter quā cāz in prima qdē latione tāta ē astrozū  
 multitudo: vt arithmeticoz esse videat ois or-  
 do. In alijs at vnū solū singulare. Duo at aut  
 plura non videntur in eadem infra latione.

**M**ouet secūdas dubitationē. & dicit qd merito pōt ali-  
 qs dubitare qre in prima sp̄ra q̄ mouet p̄io motu: ē i  
 certa tāta mltitudo astroz vt ois ordo eoz videat arith-  
 meticoz cē. i. innumerabiliū. Nō enī pōt numer⁹ eoz  
 p̄chēdi a nobis. In alijs aut inferiorib⁹ orbib⁹ iuenit  
 singulariter vna sola stella: in qb⁹ nō vident⁹ due vl plu-  
 res de stellis erraticis infire cē vni sp̄re mobili. Est at  
 hic p̄siderandū qd tpe Aristo. nōdū erat deprehēsus mo-  
 tus stellaz fixarū quas p̄tolomeus ponit moueri ab  
 occidentē in orientē super polos zodiaci quibuslibet cē-  
 tuz annis gradu vno: ita qd tota reuolutio eaz cōpleat  
 in. xxxvi. milib⁹ annozum. Et iō antiqui ponebant sp̄-  
 ram stellaz fixarū esse primum mobile. & eius esse tū  
 vnū motū qui est motus diurnus. s. supposito motu stel-  
 laz fixarū: & motu diurno qui est motus sp̄re supreme  
 q̄ est sine stellis. **D**einde cum dicit.

**D**e his quidē igitur querere bene se habet: &  
 ad eam que ad plus intelligentiam: & quidē mo-  
 dicas babentes causas & tanta elongatione di-  
 stantes ab his que circa ipsa accidentibus tamē  
 ex his contemplantib⁹ nihil irrationabile utiqz  
 videbitur esse: qd nunc dubitatur.

**O**ndit difficultates harū q̄stionū & dicit bonū esse ingre-  
 re de his dubitatioib⁹. subdit aut. (Et ad eā que ad pl⁹  
 intelligētā &c). Quā quidem litteraz Alexander dicit eē  
 defectiua. & est subintelligendū: qd ea que circa hoc erce-  
 dunt nostraz intelligētiam o3 magis suscipere q̄s ampli-  
 us querere per nosipfos. Non aut est cōsuetudo Arist.  
 q̄suis sit breuiloquus defectiuis locutionib⁹ vti vt sim-  
 plicius dicit. & iō ipse sic exponit: qd de his bene se habz  
 querere: sed hoc nō ad quoslibet pertinet s3 solū ad eos  
 qui plus intelligunt: Auerrois aut in suo cōmento expo-  
 nit: sed hec vt intelligam⁹ qd inquirere de his questioni-  
 bus. & in se bonū est & etiam ad hoc est vtile qd homo ma-  
 gis ac magis intelligat: qui enim se exercitat circa intel-  
 lectū difficultius. magis potest intelligere alia. vt dicitur  
 in tertio de anima. Ista autem que inquirenda sunt dif-  
 ficultatem habent. Quia modicū de causis eoz perci-  
 pere possumus: & accidentia eoz magis sunt remota a  
 cognitione nostra: q̄s etiam ipsa corpora elongentur a  
 nobis fm corporalem situm. Et tamen si ex his que vi-  
 centur contemplamur harum dubitationum verita-  
 tem: apparebit non esse irrationabile: id quod inquiren-  
 do dubitabile videbatur.



**S**ed nos vt de corporib⁹ ip̄s solis  
 & solitarijs: ordinē quidez hntib⁹: &  
 animatis autem oino perquirimus  
 oportet autē tāq̄ participatibus  
 existimare actione & vita: sic enī ni-  
 bil videtur tur p̄ter rationem esse accidens.

**L**ectio.

rvij.



**R**emissis duabus dubitatioib⁹: b ad  
 earū solutiones accedit. & primo soluit  
 p̄mā q̄nē. secūda secūda ibi. (De du-  
